Vix mutatum videtur fuisse in Καὶ ab interpolatore, postquam huc isti versus de Thesco istuc perperam ingesti fuissent: post quod, οἳ nequaquam intelligi potuit; καὶ, male quidem, sed aliquanto melius quam οἳ. Sententiae huic non absimilia habet Xenophon Hist. Graec. lib. IV. p. 519. D. Καὶ συμβαλόντες τὰς ἀσπίδας, ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον. ubi puto Xenophontem [a]) scripsisse ex sensu ἐμάχοντο, ἐώθουν, ἐωθοῦντο, etc. nisi vidissem Longinum περὶ Ὕψ. sect. 19. citare sic ut est in vulgatis. Sed et sic, ita puto scripsisse, cum in Cyropaedia lib. VII. p. 178. D. invenio, καὶ προσπεσόντες ἐμάχοντο· ἐώθουν, ἐωθοῦντο· ἔπαιον, ἐπαίοντο.

Ver. 702. (712.)

> Θεῖν. ἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ.
> *Ad concurrendum: Erechthidis autem* Cadmea *resistebat hasta.*

Ne minima quidem connexionis species his subest. Obvium erat, Θεῖν, ἀντερείδειν etc. ante visos Codices A. B. qui habent ἀντιμῖδε pro ἀντέρειδε. Lego sine ulla mutatione,

> καὶ παρηγγύων
> Κέλευσμον ἀλλήλοισι σὺν πολλῇ βοῇ,
> Θεῖν', ἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ.

Ista, Θεῖνε, ἀντέρειδε, sunt verba Thebanorum sese mutuo adhortantium. Sic Auctor Rhesi 675. βάλλε, βάλλε, Θεῖνε, θεῖνε. Παρηγγύων est vox militaris. vide Xenophon. Ἑλλην. iv. p. 516. A. et Ἀναβ. vi. p. 385. C. p. 408. A. Plutarch. Arato p. 1040. F. De ἐρείδειν vide Kuster. ad Aristoph. Nub. 1378. et Casaubon. ad Equit. 624.

Ibid. τοῖς Ἐρεχθείδαις. Articulus nonnunquam praefigitur nominibus propriis apud Tragicos, ut hic, et ver. 27. τὸ Ἄργος, et ver. 185. ταῖς Ἀθήναις, ver. 526. τὰς Ἀθήνας. Sufficerit pro omnibus Sophoclis Oedipus Tyrannus. ὁ Ζεὺς ibi, et ὁ Ἀπόλλων ver. 506. ὁ Λάϊος, ver. 566. 748. τῆς Κορίνθου, 955. 974. τὸν Ὄλυμπον, 1107. τὸν Λάϊον, 759. Et ita apud ceteros, per omnes numeros et casus, excepto dativo singulari, in quo rarissime invenio articulum apud Tragicos ante nomen proprium: casune, an consulto, nescio. Unum est exemplum Phoeniss. 799. τῇ Εὐλαβείᾳ: ubi pro *Dea* seu *persona* sumenda est ἡ Εὐλάβεια. Multo tamen saepius et libentius articulum omittunt ante nomina hujusmodi: unde leviter restitui potest Iphig.

[a]) Vide Bibliothecam Criticam Amstelod. T. II. P. vi. p. 65.

Taur. 1439. *τόν τ' Ἐριννύων χόλον Φεύγων* etc. pro *τῶν τ'*. n
in isto dramate *Ἐριννύες* pluries nominantur, et semper sine a
ticulo. Haec notavi, quia a x) Viris doctissimis observatum v
di, nominibus propriis articulum non praefigi a Tragicis. Si a
didissent, *saepius*, consensissem: eundem consensum praebit
rus, si dixissent Comicos nonnunquam omittere articulum an
nomina appellativa: quod illi negant; ego verum esse sci
Ratio hujus omissionis est, opinor, quia Tragici veterem Attica
loquelam sequebantur, in qua articuli saepissime non exprimu
tur, ut ex Herodoto videre licet.

Ver. 705. (715.) *δεξιὸν δ' ἡσσώμενον Φεύγει τὸ κείνω*
Hoc nimis absurdum est. nam dextrum cornu Thebanorum o
ponebatur, sicut necesse erat, sinistro Atheniensium; et h
dextrum cornu eorum inclinavit sinistrum Atheniensium. quom
do igitur vincebatur et fugiebat idem dextrum cornu, prout h
narratur? Lego, mutata una litera, *δεξιοῦ δ' ἡσσώμενον Φεύ
τὸ κείνων*· scilicet a dextro nostro cornu sinistrum eorum pell
batur: unde *ἀγὼν* erat *ἰσόῤῥοπος*, (ver. 706.) nempe, utriusqu
exercitus sinistro cornu profligato. non tamen stricte *ἰσόῤῥοπο*
sed eatenus tantum quod ad pedites. nam equitatus Creontis ja
ante (ver. 694.) victus fuerat. *Δεξιοῦ ἡσσώμενον* ut *γυναικ
ἡσσώμενος*, Alcest. 697. et Hecub. 1259. Aliter haec explic
Heathius, retenta lectione vulgari.

Ver. 707. (717.) *Κἀν τῷδε* etc. Ante hunc versum inser
rem duos istos iambos de Theseo, qui nunc inopportune coll
cantur in medio narrationis de rebus Creontis, ver. 697, 698.

*ἦν δ' ἀγὼν ἰσόῤῥοπος.*
*Καὶ μὴν τὰ Θησέως οὐκ ὄκνῳ διεῤῥάφη·*
*Ἀλλ' ὧν τάδ' ἐξῆκ' ἐκφανῆ· ἀναρκέσει ὅπλα.*
*Κἀν τῷδε τὸν σοφιστὴν αἰνέσαι σοφὸν·*
*Οὐ γὰρ* etc.

*In hac quoque re imperatorem erat laudare: Non enim solum*
Quanto magis cogito, minus dubito de hac restitutione. N
tamen in contextu mutare debui. *Τὸ νικᾶν τοῦτ'* (ver. 708.)
*κατὰ τὸ νικᾶν τοῦτο, in hac parte victrici.*

Ver. 710. (720.) *Ἔῤῥηξε δ' αὐδήν.* Frequens locutio,
*ἔῤῥηξε φωνήν*, Clem. Alex. Paedag. II. 1. p. 172. et *rumpere*
cem Latinis.

Ver. 712. (722.) *οἴγεται τὰ Παλλάδος.* Perite *τὰ Παλλάδ*
potius quam *τὰ Κεκροπιδῶν*, quod versus admisisset. nam
tius argumentum et incitamentum illo aevo videri poterat
religionis quam res civilis, *τὰ Ἀθηνᾶς* quam *τὰ Ἀθηναίων*.

x) Lege Porsonum ad Phoenis. 145. Lycophronis v. 1285. em
davit Valckenaer. ad Hippol. 224.

Ver. 713. (723.)

*Θάρσος δ' ἐνῶρσε παντὶ Δαναΐδων στρατῷ.*
*Fiduciam vero indidit toti exercitui Danaidum.*

uisquis cum cura legerit, necesse erit ut hic quoque haereat in ce Δαναΐδων, qua significantur *Argivi*, proprie: vide Orest. 4. 930. Fragm. Archelai p. 456. ed. Barn. et ter, neque unam aliter, in hac fab. ver. 130. 1190. 1220. Jam vero nulli nt Δαναΐδαι seu *Argivi* in hoc Thesei exercitu. Restat ut ναΐδων idem sit quod Ἑλλήνων, *Graecorum*, ut ap. Eurip. . Aul. 337. 352. Troad. 447. et alibi passim. Sed neque hoc te procedet, et nimium dicet. nam Thebani, hoc usu vocis, nt Δαναΐδαι seu Ἕλληνες, aeque ac Athenienses, vel Argivi: eo ut haec Thesei oratio indidisset fiduciam hostibus suis, ebanis, aeque atque militibus suis Atheniensibus. Haec praeda erant, ut solenne facinus interpolatorum hic perspiceres, i contra historiam, et sensum, substituerunt Δαναΐδων pro ee minus sibi nota, Παραλίων. Hi enim Paralii, ut supra noti ad ver. 653, 659, constituerunt laevum cornu in exercitu hesei; et hoc cornu a Thebanis inclinatum erat ver. 705, 709. hic a Theseo restitutum. neque alia est vox praeter Παραλίων ne huic loco et veritati convenire potest. De hujusmodi mutationibus in nominibus propriis vide doctissimum Dorvillium l Chariton. p. 606. 607. ubi pro Ὀθρυάδου nunc legitur Μιμάδου.

Ver. 715. (725.)

Ὅμοῦ τραχήλους, κἀπικείμενον κάρα
Κυνέας θερίζων.

ertunt, *Simul colla, et insertum caput Galeae demetens.* Scholion Brodaei est: κυνέας] *e galea demetens.* Intellexit ἐκ ante νέας, quam vocem et ille et interpretes acceperunt pro secundo casu numeri singularis, qui fuisset κυνέης, non κυνέας, quod loricum est. neque bene vertunt ἐπικείμενον κυνέας, *insertum aleae.* κυνέας est accusativus pluralis, a recto κυνέη: et κάρα πικείμενον (singularis pro plurali) κυνέας, est, *capita quae galeas impositas habebant*, locutione elegantissima. sic τραγῳδοὶ πικείμενοι κράνη, *tragoedi qui impositas habent* (gestant) *larvas*, apud Lucian. De Gymnas. p. 285. ed. Graev. Idem Navigant. p. 493. ἡ πρύμνα χρυσοῦν τηνίσκον ἐπικειμένη, *puppis cui anserculum aureum impositum habebat.* et ita Adv. Indoct. . 384. κιθάραν ἔχων ξυλίνους κόλλοπας ἐπικειμένην· *citharam habens cui imponebantur verticilla lignea*: i. e. cujus verticilla rant lignea. Herodianus lib. V. cap. xi. de Heliogabalo: εἰς εἶος τιάρας στεφάνη ἐπικείμενος· *imposita habens* (i. e. gestans) *coronam in speciem tiarae formatam.* In edit. Oxon. 1704. quae ola est ad manus, sic legitur, non στεφάνην, quemadmodum

oportuit, opinor. Homerum forte in animo habuit Noster, Iliad. Ξ. 497. ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε Αὐτῇ σὺν πήληκι κάρη. Ejusdem rationis est istud Virgilii, *flores inscripti nomina regum:* et multa talia apud Latinos poëtas.

Ver. 717. (727.) κἀποδαυλίζων. Placet conjectura eruditorum, pro ignorabili hac voce reponentium κἀποκαυλίζων, a καυλὸς, *caulis:* ut sensus sit, *et truncos demetens.* Aristoph. Ἱππ. 822. τοὺς καυλοὺς Τῶν εὐθυνῶν ἐκκαυλίζων. ubi Scholiast. notat metaphoram esse ab iis qui *caules olerum defringunt.* Thucydides citatur in Lexicis: qui locus est II. 76. ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. De θερίζων hoc loco vide Cl. Sallier. ad Moerin Atticist. V. Ἀμᾶν, et Nostrum Orest. 128.

Ver. 720. (730.) Κἄκρουσα χεῖρας. Ut ille apud Aristoph. Plut. 739. Ἐγὼ δὲ τὼ χεῖρ' ἀνεκρότησ' ὑφ' ἡδονῆς. Ἔτεινον, sc. ὁδὸν, *tendebant* iter. sic Iph. Aul. 420. Ἀλλ' ὡς μακρὰν ἔτεινον, intellige ὁδόν. Aristoph. Thesmophor. 1217. [y]) φεύξει καὶ τενεῖς Ὡς τὴν γυναῖκα.

Ver. 723. (733.) Deerat δὲ in editt. multis post παρόν. eam habet Barnesius, et Codd. A. B. quin et Ald. et Hervag. quae ambae pro παρὸν non recte παρών.

Ver. 728. (738.) ὃς πράσσων καλῶς. Pro ὃς Cod. A. ὅν, male. Idem pro θ' eodem versu, habet δ'. *[Docemur autem (ut hoc obiter moneam) primam syllabam adjectivi καλὸς, (et consequenter adverbii καλῶς) *semper brevem* esse, ut hoc loco, Atticis. Sed quid [z]) fiet de hoc versu Philoctetis Sophoclei, ver. 1420. Ἃ σοί τε κἀμοὶ κᾶλ' ὁρῶ τελούμενα. *Quae tibique et mihi video honesta futura, si fiant.* hic certe longa est. unde patet in Fragment. Euripid. ex Incert. Tragoed. ver. 105. p. 507. Σὺν μυρίοις τὰ κᾶλὰ γίγνεται πόνοις, non necesse esse ut legatur

y) φεύξει κἀτενὲς Valckenaer. ad Theocrit. I. 112. *Porsonus.*

z) In loco Sophoclis nihil juvant libri; puto tamen cum Erfurdtio glossam verae lectionis sedem occupare. [Vid. Dobraeum ad Aristoph. Eccles. v. 70. in addendis, et Buttmann. ad Soph. Philoctet. p. 174. *ED. LIPS.*] Καλὸς prima producta apud Atticos nusquam invenitur. Frustra advocatur Anaxilas Athenaei XII. p. 548. D. Ἐφεσήϊα γράμματα καλὰ ubi versum Ionici cujusdam poetae aperte mutuatus est. Frustra etiam advocatur Comicus ejusdem XIII. p. 574. D. Ἀλκιβιάδην τὸν καλὸν ὦ γῆ καὶ θεοί, quum ibi codex vetustissimus Veneto-Parisiensis exhibeat τὸν ἁβρόν. Vide autem Aeschylum ibid. XIV. p. 632. C. εἴτ' οὖν σοφιστὴς καλὰ παραπαίων χέλυν. De metro securus Schweighaeuser. non incommode tamen observat, „mire „juncta esse verba καλὰ παρα„παίειν, quum ex constanti omni„um auctorum usu παραπαίειν „nil aliud significet nisi παρα„φρονεῖν, ληρεῖν, ἁμαρτάνειν" etc. etc. De Augmento scriptoribus Atticis nunquam abjecto v[illegible] Porsoni Praef. Hecubae p. v. S[illegible] plem. p. xvii. Optimo jure igi[illegible] observationem hanc ex secu[illegible] editione exulare fecit Markland

ν μυρίοισι. et Iphig. Aulid. ver. 21. Τοῦτο δέ γ' ἐστὶ τὸ κᾶλὸν ελερὸν, nihil variant exemplaria, tametsi καλὸν in versu praesenti primam habet brevem, ut in noto isto Theocriti, τὰ μὴ λὲ, καλὰ πέφανται. Quod si probari potest primam hujus vo- apud Atticos necessario esse brevem, necesse quoque erit ut ec omnia, et multo plura, mutentur. sed caveamus ab hypo- sibus; quae cum in sacris, tum in humanioribus literis pessi- sunt effectus. Clarkius quidem ad Iliad. B. 43. scribit: „In ermone Attico vox καλὸς Sophocli, Euripidi, et Aristophani mmeris in locis (nescio an non in omnibus) corripitur." ec auctoritas sufficit hypothesin sectantibus, ut prima in κα- Atticis semper brevis edicatur, utque haec omnia statim endentur. Multa hypothetica possem commemorare in quibus dem modo proceditur, et auctoritas alicujus affirmantis, sub- tuitur loco argumentorum et exemplorum. unius solummodo mtionem faciam; istius nempe, quod a plerisque traditur, At- os nunquam omittere verborum augmentum, id est, nunquam ribere τύπτον pro ἔτυπτον. quod falsissimum esse multis exem- is probari potest. vide Bacch. 766. Νίψαντο δ' αἷμα: 1082. ἤγησε δ' αἰθὴρ, (pro Ἐνίψαντο et Ἐσίγησε) et Jungerman. ad lluc. III. 13. p. 313. Et tamen haec hypothesis obtinuit, et ete adhuc obtinebit, non obstantibus exemplis.]

Ver. 729. (739.) Εἰς ἄκρα βῆναι. Videtur deesse copula, ἔς τ' ἄκρα.

Ver. 732. (742.) Θεοὺς νομίζω [a]). Sic Laërtes apud Homer. Odyss. Ω. 355.

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτ' ἐστὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον,
Εἴ ἐτεὸν μνηστῆρες ἀτάσθαλοι ὕβριν ἔτισαν.

Ibid. Καὶ δοκῶ τὰς συμφορὰς Ἔχειν ἔλασσον. Scaliger, τοι συμφορᾶς — ἔλασσον. Nihil mutarem sine exemplaribus, sive onstructio sit, δοκῶ τὰς συμφορὰς (ἐμὰς) ἔχειν ἔλασσον (μέρος:) ea vera lectio, δοκῶ (ἐμὲ) ἐλάσσους ἔχειν τὰς συμφορὰς (ἃς ἔχω): asi scriptum fuisset Ἔχειν μ' ἐλάσσους. nam ἔχειν συμφορὰς ecte dicitur. Alioquin τῆς συμφορᾶς legi posset. et ita Heathius, et Reiskius, qui putat Scaligerum sic scripsisse, licet ditio Barnesii aliter exhibeat.

Ver. 734. (744.) Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα etc. Hi tres Iambi paullo aliter leguntur in Fragment. ex Incert. Tragoed. p. 510. ed. Barnes. Oblitus erat Cl. Vir eos hic extare. Vide Diog. Laërt. ix. 71. in Pyrrhone: et ibi Casaub. et Menagium.

Pro ἐξηρτήμεθα A. εξηρτυμεθα. male. vide Plutarch. De

a) Θεοὺς νομίζω. Vide Musgravium ad Euripid. Hec. 800. Supplem. p. 354. (508.) Electr. 587. Aeschyl. Pers. 498. Schol. Aeschyl. Agam. 173. Porsonus.

Stoïc. Repugnant. p. 1056. B. ubi pro λέγουσ habetur ἄν: et pro θέλων, φρονῶν.

Ver. 737. (747.) τόδ' ἄλγος οὐχ ὑποστενόν. *[Erro probante Barnesio et Hesychio, ἄγχος. Sed] praeclare libri Gallici, Ἄργος. Phoeniss. 784. Ἔχει τιν' ὄγκον Ἄργος ναν πάρα. ubi Schol. Barocc. explicat ὄγκον per μέγεθος vide supra ver. 127. et Heraclid. 296. Sic νῆσον, et πόλι Νάξον, et Πόλλιν, Aristid. Panath. p. 170. ed. Jebb. τόνδε, tunc, ut mox 741. nunc, τόδε.

[Ver. 738. (748.) V. Elmsley. ad Bacchas v. 969. ED. A

Ver. 740. (750.) Μίσγειν θέλοντος. Vox λαβεῖν, quitur, videtur indicare, Μίσγειν τε δόντος, οὐκ ἀχθέσ βεῖν· Et aequas (seu, tolerabiles) conditiones offerenti, ne accipere. nam si recte habet θέλοντος, sequi potius debuis δόναι quam λαβεῖν. notissimi est usus δόντος pro dare volu offerenti. Plutarchus in Aristide p. 334. C. πολλάκις αὐτω λᾶ καὶ διδόντος, καὶ δεομένου λαβεῖν, οὐκ ἠθέλησεν. ut Aristoph. Nub. 1135. Ἐμοῦ μίσγειν τε καὶ δίκαι' ἀκου Error natus ex similitudine literarum Λ et Δ, si error sit. recte habet θέλοντος, post λαβεῖν intellige σύμβασιν.) pr (ver. 741.) Cod. B. Ald. et Brodaeus τόδ'.

Ver. 742. (752.) ἀρτίπλουτα χρήματα, per hypallage πένης ἀρτίπλουτος, λαβὼν χρήματα: ut pauper modo dives acceptis opibus.

Ver. 745. (755.) Οἳ τόξον ἐκτείνοντες ὡς. Ἐκτείνειν esset extendere arcum. hic vult intendere, quod est b) ἐντ τες, ut infra 886. τόξα τ' ἐντείνων χεροῖν. Iphig. Aul. 549. ἐντείνει, τᾶν Χαρίτων—ut ibi legendum puto, pro Τόξ' ἐν ται χαρίτων. Vide Herodot. II. 173. Et ita jam invenio ( νοντες) in MSS. A. B. qui etiam pro ὡς *[male] habent του daeus notat, ὡς superfluit. Vide Aristoph. Νεφ. 1209. phora seu comparatio actionum humanarum cum arte sagit notissima est, vel ex isto Horatii, Quid brevi fortes IACUL aevo Multa? vide et Troad. 638.

Ver. 747. (757.) Φίλοις μὲν οὐ πείθεσθε, τοῖς δὲ πρ σιν. Nescio an intelligam. Forte aliquis putet scribendum pro φίλοις: mavultis obtemperare rebus, (rerum apparenti

b) Recte Marklandus ἐντείνοντες. Facilis mutatio τοῦ ἐκ et ἐν. Locus Iphig. Aul. 549. ἐκτείνεσθαι praefert apud Athenaeum XIII. p. 562. F. a quo citatur ut Chaeremonis. *Porsonus.*

745. Λέγοιμ' ἄν Plutarch. T. II. p. 1056. B. C. et versu proximo τοιάδ' ἃ σὺ τυγχάνεις φρονῶν. Ex Laërtio sumpsit Snidas v. φώνειοι. *Porsonus.* Idem fe cuit nuperus Hephaestionis tor p. 85.

746. Τοιοῦτος ὡς Euri Cresph. Stob. Gesn. 92. p. ed. 1549. Grot. 94. p. 581. 564. *Porsonus.*

...senti circumstantiarum conditioni) quam *Diis:* ut hoc dicat ...rastus respiciens seipsum, et suam in Thebas expeditionem, ...m suscepit *Θεοὺς παρελθών*. Hoc sensu vox *πράγματα* saepe ...nitur; unde *ἐκ τῶν πραγμάτων*, Aristides Panath. p. 148. ed. ...b. quod Canterus bene vertit *e re nata*. Sic et Alexis ap. ...h. Serm. xxvii. p. 195. Demosthenes Philipp. I. (p. 36, 52.) ...τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους, οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμα-..., ἀλλ' ἔμπροσθεν εἶναι (vel ἰέναι) τῶν πραγμάτων. Non au-... jure reprehendi potest qui *rebus* potius quam *amicis*, sed ...i *rebus* potius quam *Diis* obtemperat: quod Adrastus fecit. ...n, ut ait Hermogenes apud Xenophont. in Conviv. p. 888. A. ...ῖς ἐγὼ ὅταν μὲν πείθωμαι, οὐδέποτέ μοι μεταμέλει· ἤδη δέ ...τε καὶ ἀπιστήσας (ἀπειστήσας Leunclav.) ἐκολάσθην. Legi ...te posset, *Φίλοις μὲν ἐκπείθεσθε, τοῖς τε πράγμασιν*, i. e. ...n *Diis*, prout oportuit, sed *amicis*, et *rebus* obtemperatis. ...vulgata retinenda est, per *Φίλοις* intelligendus est Amphia-...us, qui Adrastum ab hac expeditione dehortatus est, et cui ...e non obtemperavit, ver. 158.

Ver. 748. (758.) *κάμψαι κακὰ*, *declinare mala*, metapho-...um est vel a *navigantibus*, *κάμψαι τὴν ἄκρην*, Herodot. vii. ...: vel a *stadio*, *κάμψαι τὴν νύσσαν*· Horatio, *metaque fer-...e Evitata rotis*. In Rheso 235. *κάμψαι πάλιν θυμέλας* est ...dire *ad aras*. Helen. 1174, hoc, de quo hic agitur, dicitur, ...ορθῶσαι ἔριν λόγοις. *Διὰ λόγου* ver. 748, et *λόγῳ* ver. 749, ...t quod alibi vocat *λόγων ξυναλλαγαῖς*, *verborum transactione*, ...r. 602.

Ver. 749. (759.) *καθαιρεῖσθ'—τὰ πράγματα*. Usitatius *κα-...αιρεῖτ'*, voce activa: ut *δυστυχίαν καθελεῖν*, ver. 67. Et om-...ino vere, si verum dicit Budaeus, Comm. Gr. L. p. 669. „*Κα-...θαιρῶ* voce tantum activa dicitur *everto* et *subverto*." id est, ...θαιροῦμαι non invenitur in voce media, pro *everto* et *subverto*. ...passiva *καθαιρεῖσθαι* *destrui* habes Actor. xix. 27. Sed in-...mera sunt verba apud Graecos quae non inveniuntur in voce ...dia, neque nobis nunc licet eam fingere. unde recte forte re-...tui locum Sophoclis Oedip. Tyran. ver. 1040. ubi Oedipus a ...ncio quaerit, quare Polybus vocaret se (Oedipum) *suum fi-...*, si non ita revera esset?

*Ἀλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ παῖδά μ' ὠνομάζετο;*

...od vertitur,

*Quare igitur me filium nominabat?*

...d *ὠνομάζετο* est *nominabatur*, ut mox ver. 1061. Lego:

*Ἀλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ παῖδά μ' ὠνόμαζεν ὅν* c);
*Quare igitur filium me nominabat suum?*

c) Vulgatum ed. Brunck. *Porsonus.*

non ἀνόμαζ' ἦν; quia ἦν pro ὄν suum, non inveniri put
senariis tragicorum.

Ver. 754. (764.) Ὧν δ' οὕνεκ' ἀγὼν ἦν, νεκροὺς κομίζ
Κομίζετο pro priori κομίζετο ex Ald. reposuit Barnesius: q
confirmatur Codd. A. B. Hunc versum, et sequentes aliq
Choro olim adscriptos, Adrasto restituit Joan. Miltonus, qu
post Barnesium, sequor. et ita distingui in edit. Brubach
testatur Reiskius. aliter fit in Aldina. Reiskius mavult κομίζε
nempe Theseus, ex edit. Brubach. quae habet κομίζετο.
ἀγὼν Barnesius et Heathius αἰ 'γὼν, (i. e. ὃ ἀγὼν) ob metr
et οὕνεχ'. *(quae vera puto.) Alii dicunt primam in ἀγὼν c
numeri esse, ut Soph. Electr. d) 1522. Δορὶ ver. 752. non
modum placet. significat, opinor, bello.

Ver. 755. (765.) Ὡς οἵγε κλεινοῖς ἑπτ' ἐφέστασαν δόμ
MSS. omnes Οἱ γε. *[quod verum puto, ob sequentem I
bum.] et ita ex conjectura Reiskius. Vertit Heathius: Immo,
ferimus eos quidem qui septem inclytis praefuere domibus. Re
ut opinor. Restat scrupulus de ipso poëta. cum enim Amph
rätus, unus ex septem, hiatu terrae absorptus esset, quom
conciliari potest cum hoc ejus obitu, narratio haec poëtae,
septem reportatis? non enim effodi potuit cadaver ejus ex T
taro. Et dicendum est, opinor, *[vel scribendum esse, ἓξ ἑ
στασαν δόμοις, pro ἦσαν: vel, quod potius,] numerum intera
pemi pro *[imperfecto,] *(parte) ut Apostoli vocantur duode
I Cor. xv. 5. cum eo tempore non nisi undecim (vel decem) a
sent. *(ita alibi loquitur Noster v. 1207.) et plura ejus gene
extant exempla. Pro δόμοις Reiskius λόχοις: vel, ἔφυσαν ἐν δ
μοις. Brodaeus nescio quid velit, qui ita explicat: „Scito e
„septem tumulis conditos, his quidem moenium partibus, q
„bus oppugnandis praefuerant."

Ver. 758. (768.) Τοὐκεῖθεν, ἢ τοὐνθένδε; Ita Cod. B.
Aldina. in multis deest ἤ. Ex illa, an ex hac parte? ultra
citra? Hic locus videri potest unus ex iis in quibus hodier
lectores Euripidis offendere possumus, forte non satis assequ
tes qua mente proponerentur hujusmodi quaestiones, quae
Graeco nobis, ab istis temporibus tam longe dissitis, prime
tuitu *parum ad rem* (si ita loqui fas sit) nunc videantur. S
ratio aliqua forte excogitari potest, quare Adrastus interrogar
utrum turba militum ejus mortuorum sepulta esset *ultra an
tra* Cithaeronem; et quare Jason (Med. 1312.) audita caede fil

d) Sed et ibi Heathius 'ἀγὼν legit, ut et edidit Brunckius, qui hic quoque 'ἀγὼν legit ad Orest. 857. ubi et locum Sophoclis notat. *Porsonus.* Mox λόχοις e conj. Reiskii probat Musgravius numero conferri jubet I Nem. IX. 56. Olymp. VI. 1. et Schol. ibi.

a matre interfectorum, in maximo luctu, statim quaereret, eam eos interfecit? *intusne, an extra domum?* Sed quid dicam est de *Agaue*, (Bacch. 1289.) cui, trementi de nece filii Penthei, quum pater Agaues Cadmus dixisset, eam ipsam manibus illum interfecisse; pro ejulatu et lamentationibus, si aliquis expectasset, illa satis lente, uti videtur, Cadmum rogat, *Ubi vero periit? in domo? an quibus in locis?* quasi vero alicujus esset momenti in re tam luctuosa, et tam atroci more! Responsum quidem (cujus caussa quaestio proposita esse videtur) *Ubi prius Actaeona canes nactae sunt*, apposite est: sed talem quaestionem quaenam mater, unico filio orba, proponit? Ita mox, quum ei narraverat Cadmus, se vix, multo cum labore, cadaver Penthei dispersum per agros collisse; illa, parum materne, uti nunc videretur, rogat, *An tota reperisset, suis membris conjunctum apte?* qualem quaestionem hodierna mater, ut diram, et a natura maxime abhorrentem, refugeret. Quae refero, ab aliis discendi studio, non ejusdi ea quorum rationem non satis intelligere videor.

Ver. 759. (769.) *Ἐλευθερὶς πέτρα.* Plutarchus in Theseo 14. eadem refert, et suo tempore monstratum fuisse dicit hoc sepulturae locum Eleutheris; ducum, apud Eleusina: hoc κενοτάφια ducum. nam ossa eorum Argos reportabantur, v. 1116. 1185. 1210.

Ver. 760. (770.) *πῆ νεκροὺς ἥκει λιπών;* Opinor *ἥκεις*. nam falsum videtur, cum Theseus nondum *venerat*. Aeschylus Pers. 478. *Σὺ δ' εἰπὲ ναῶν αἳ πεφεύγασιν μόρον Ποῦ τάσδ'* dixit ad nuncium, ut hic. Homer. Iliad. K, 406. *Ποῦ νῶϊ λίπες Ἕκτορα;* Et ita Heathius.

Ver. 761. (771.) Sensus (et forte vera scriptura) est σπουδάζητε, sive in praesenti, sive imperfecto, *σπουδάζετε. properate Ducum cadavera, ob quae tantos labores suscepistis.* Et versus proxime sequens sine interrogatione legi potest.

Ver. 764. (774.) [V. Elmsl. ad Bacchas v. 650. *ED. LIPS.*] *νεκρούς.* Hinc, opinor, pulcrum istud suum sumsit Stat. Theb. XII. 194. de Argia, Polynicis uxore: *et, qui castissimus ardor,* FUNUS AMAT. maritum suum, vita functum, et jam cadaver factum, tamen *amat*.

Ver. 765. (775.) *ΑΔ. Ἔνιψεν αὐτῶν τῶν ταλαιπώρων σφαγάς;* *[Lego,] *(Legeram) *αὐτὸς, ipse*, Theseus. et ita Reiskius. sed talis quaestio ab Adrasto non potest commode supponi. quamobrem omnino delendas censeo Personarum notas Ἀδ. et Αγ. et uni nuncio narranti adsignandos esse quatuor istos continuos iambos, hoc modo,

*ΑΓ. Οὐδεὶς ἐπίστη— πῶγρ.*
*Φαίης ἂν— νεκρούς.*

*Ἔνιψεν αὐτὸς τῶν παλαιπώρων σφαγὰς,*
*Κἄστρωσέ γ' εὐνὰς, κἀκάλυψε σώματα.*

Αὐτὸς emphatice, ut in Plutarcho De audiend. Poët. p. 31. A. ἀν' Ἕκτορα λούσας καὶ περιστείλας αὐτὸς (Achilles) ἐπὶ τὴν ἀκμὴν τίθησιν· ex Iliad. Ω. 589.] Deinde pergendum ita:

*ΑΔ. Δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα, κ' αἰσχύνην ἔχον.*
*ΑΓ. Τί δ'; αἰσχρὸν ἀνθρώποισι τ' ἀλλήλων κακά;*

*Quid vero?* (respondet Nuncius) *num turpia sunt hominibus hominum infortunia?* Animose, et humane, more solito Euripidis. Vulgo hi duo Iambi, mente contrarii, Choro adscribuntur: ultimus distinguitur frigidissime, Τί δ' αἰσχρὸν etc. *(Mecum sere distinguit Heathius.) Per σφαγὰς intelligit, opinor, *vulnera* (non *cruenta cadavera*) ut κἀπένιψα τραύματα, Troas. 1152. Idem mendum est in Medea ver. 1005. ubi delendae sunt personae Μη. et Π. nam Paedagogus sex istos iambos continuos effert.

Ver. 766. (776.) Κἄστρωσέ γ' εὐνάς. Ita scribere malui (nam nullam varietatem in exemplaribus reperio) quam Κἄστρωσεν εὐνάς. unde sequi videtur, aliquem fuisse usum vel elegantiam in ista positione particulae γε, quam nos nunc ignoramus (vel offensionem in ν et ε concurrentibus) nam saepe ita et hic et alii Poëtae scribunt, metro non cogente, et cum locus non est significationi τοῦ *saltem*, vel *certe*. De his εὐναῖς vide C. Dorvill. ad Chariton. p. 97. quo pertinet elegans istud Sophoclis Soph. Tyr. 980. Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή. Pro κἀκάλυψε scribitur usitatius κἀκάλυψε, ut κἄστρωσε, rationi magis consentaneum est, ut una litera, quam ut diphthongus, elidatur. unde pro κ' αἰσχύνην (ver. 767.) scriberem κἀ ἰσχύνην, ut α sola pereat, subscripto ἰῶτα in κα. sed saepe aliter fit. Hunc versum (767) Adrasto assignat Heathius: proxime sequentem Nuncio.

Ver. 771. (781.) Mallem αὐταὶ δ', quam γ', quia praecedit μέν. Dubito tamen de sanitate verborum Δοκῶ μὲν, quorum mentem hoc loco non assequor, licet satis intelligibilia videantur. Reiskius αὐταί γ', aut αὐταὶ δ'—*ego vero puto has mihi latas magistras esse*. Reiskii conjecturae favet Andromach. 644. αὐταὶ γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.

Ver. 772. (782.) Ἀλλ' εἶεν, αἴρω χεῖρ', etc. Tragici nunquam scribunt Ἀλλ' εἶεν, sed Εἶεν solum. Lego, Ἀλλ' εἰ', etc.

767, 8. Hos versus recte personis distinxit quoque Tyrwhittus apud Musgrav. p. 154. *Porsonus.*

769. Locutionis istius ἤθελον ἄν, vel ἐβουλόμην ἄν exempla vide apud Dawesium M. C. p. 240. *Porsonus.*

772. Verte, *tollam manus—fundamque carmen.* ἐγχέω aoristi est modi subjunctivi, non, docet Musgravius, futurus indicativi. *Porsonus.*

ἀναίρω χεῖρ' etc. *Verum, eia, levo manus* etc. [De εἶα dicam ad Iphig. Taur. 1423.] Ἀναίρω χεῖρας sumtum forte ex Homero Iliad. *H.* 130. ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείρας. alibi ἐπαίρειν, et frequentius. ver. 290. Heraclid. 728. 1. Tim. ii. 8. Athenag. Legat. p. 63. ed. Oxon. 12°. Mos idem exprimi videtur per ἐκτείνων χεῖρε Alcest. 768.

Ibid. ἀπαντήσας νεκροῖς. Quomodo ἀπαντήσας dicere potuit Adrastus, cum cadavera mortuorum nondum allata essent? Lego, ἀπαντήσων, *occursurus:* quod statim fecit. Sic ver. 542. pro ἀπειλήσας Codd. recte habent ἀπειλήσων. Si in MSS. postea inveniatur, Ἀλλ' εἶ', ἀναίρων (vel ἐπαίρων) χεῖρ', ἀπαντήσω, et ἔχειν versu sequenti, ita edi potest.

Ver. 775. (785). τοῦτο γὰρ μόνον βροτοῖς etc. Ex Homeri Iliad. 1. seu ix. 406. ut notarunt Brodaeus et Barnesius. ad quem Brunck, hunc Euripidis adfert Clarkius. De locutione πόροι χρημάτων (ver. 777.) vide Spanhemium ad Aristoph. Ran. 1513.

Ver. 780. (790.) στρατηλάταις δορός. Cod. A. sic, δορὸς χθονος. Utrumvis defendi potest. *Thesea* intelligit.

Ver. 781. (791.) Διπλάζεται τιμή. Usitatius τιμὰ in Choris: qui et ver. 784. ἀμέραν, quemadmodum ver. 788. praecipue hic, quia loquuntur Argivae. Alioqui Dorica dialectus non necessario, et per omnia, in Choris locum videtur obtinuisse.

Ver. 782—785. (792—795.) Heathius legit et distinguit:

„Ἐμοὶ δὲ τῶν παίδων ἐσιδεῖν (vulg. παίδων μὲν εἰσιδεῖν) μέλη,
„Πικρὸν, καλὸν θέαμα δ' εἴπερ ὄψομαι·
„Τὰν ἄελπτον ἀμέραν
„Ἡδονάς, πάντων μέγιστον ἄλγος, subaudi ἐστί."

Opinor ἐσιδεῖν pro μὲν εἰσιδεῖν esse Typographi erratum.

Ver. 786. (796.)

Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ,
Ὤφελ' ἀμέρα κτίσαι.
Τί γάρ με δεῖ παίδων;

Χρόνος ὤφελέ με κτίσαι ἄγαμον, est, *Utinam Tempus fecisset me innuptam!* i. e. Utinam nunquam alicui nupsissem! sic κτίσαι ποτανὰν ver. 620. Aeschylus Eumenid. init. κτίσας φρένα ἔνθεον τέχνης· ubi Scholiast. notat, κτίσας, ποιήσας· et dicit hoc esse ἴδίωμα Aeschyli. sed refellitur his locis Euripidae, et Sophoclis Trachin. 915. Καὶ ταῦτ' ἔτλη χεὶρ ἡ γυναικεία κτίσαι; i. e. ποιῆσαι. Sed quid fiet de voce ἀμέρᾳ? Heathius accipit μ' pro μοι:

786. De Attica locutione δεῦρο ἀεί vide Gul. Canterum ad Aeschyl. Eumen. 599. Kuster. ad Aristoph. Lysist. 1137. Hesych. v. ἀεί. Albert. ad Hesych. T. I. p. 104. Valckenaer. ad Phoen. 1215. *Porsonus.* Vide ad Orest. 1679.

quod, ut et σ' pro σε, in malicis si concedi potest; in iambis Tragicis, opinor, non potest. vide ad ver. 327. Idem legit ἁμέραν, ut hic sit ordo, χρόνος, παλαιὸς πατὴρ, ὤφελε κτίσαι μοι ἁμέραν ἄγαμον ἔτι δεῦρο ἀεί. *[Pro ὤφελ' ἁμέρᾳ κτίσαι, Reiskius conjicit, ὤφελ' οὐ ματέρα κτίσαι. vide strophes versum tertium, qui huic conjecturae reclamat.] Liceat mihi quoque hariolari,

> Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
> Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ,
> Ὤφελ' ἄμμορον κτίσαι
> (Τί γάρ μ' ἔδει;) παίδων.
> *Innuptam me huc usque*
> *Tempus, antiquus pater,*
> *Utinam expertem fecisset*
> *(Quod enim iis mihi opus erat?) liberorum!*

Vide quae sequuntur. Tota difficultas in voce ἁμέρᾳ videtur latere. ἄμμορον παίδων, ut ἄμμορος πάντων Sophocles Philoct. ver. 182, et Pindarus Olymp. I. ἄμμορος καλῶν.

Ver. 789. (799.) Τί γάρ *) με δεῖ παίδων; Scripserim potius μ' ἔδει, ut Sophocl. Oed. Tyr. 1355. Τί γὰρ ἔδει μ' ὁρᾷν; Noster Androm. 895. Τί δέ με τεκεῖν ἐχρῆν; Constructio (sive με δεῖ seu μ' ἔδει) eadem esse potest quae init. Hippolyti, οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.

Mox, ver. 793. (803.) pro στερεῖσθαι mallem στερεῖσα.

Ver. 794. (804.) Ἀλλὰ τάδ' ἤδη etc. Hic in scenam inducuntur cadavera, seu arcae ducum, Thebis allatorum. quibus visis, sequitur comploratio Adrasti et Chori, usque ad finem actus.

Ver. 796. (806.) f) Πῶς ἂν ὀλοίμην, est, *Utinam peream!* saepenumero ita in Euripide, ceterisque; et fere minus perspicue vertitur. Distingui potest, Πῶς ἂν ὀλοίμην, σὺν τοῖσδε τέκνοις Κοινὸν ἐς etc. Πῶς ἂν *interrogantis* est, ita tamen ut *optet*. Xenophon Ἀναβ. VII. p. 413. D. Πῶς ἂν οὖν, ἔφασαν, ἡμῖν συλλεγεῖεν; *Utinam nos, inquiunt, convenirent!* Vide quae sequuntur. Versio ibi est, *At qui fieri poterit, aiunt Lacedaemonii, ut nostra caussa conveniant?* Antoninus Imp. IX. 40. οὗτος εὔχεται, Πῶς κοιμηθῶ μετ' ἐκείνης; *Utinam cum illa concumbam!* vide ibi alia. In Arrian. Diss. II. 18. hoc exprimitur, ὄφελόν τις μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη!

Ver. 797. (807.) Κοινὸν ἐς ᾅδην καταβᾶσα. Bene, nisi ali-

*) με δεῖ παίδων phrasis est Euripidea, cujus exempla dum diligenter enotare profitebatur Valckenaerius ad Euripid. Hippol. 23. omisit Ion. 1037. Herc. Fur. 1173. Hec. 1021. Phoen. 484. quod autem putat Euripidis propriam esse hanc constructionem, minus recte putat. Vide Aeschyl. Prom. 36. Markland. ad Euripid. Iph. Aul. 1150. *Porsonus.* vide [illegible] ad Orest. 659.

f) Vide Valckenaerium ad Euripid. Hippol. 208. *Porsonus.*

MSS. A. B. qui habent ες αδου, scil. δόμον, ut Orest. 1662. rian. Dissert. II. 6. et ubique. Κοινὸν adverbialiter sumen-m, pro κοινῶς, una. κοινὰ eodem more frequenter. Valcke-rius ad Phoeniss. ver. 1490. hos anapaestos ita digerit,

Τῶν οἰχομένων
Παίδων· μελέα, πῶς ἂν ὀλοίμην
Σὺν τοῖσδε τέκνοις
Κοινὸν ἐς ᾅδην καταβᾶσα.

Basis Anapaestica Paroemiacum praecedat.

Ver. 798. (808.) Ante Στεναγμὸν posui Ἀδ. cum Barnesio. nfirmat Cod. A. sed mallem Στενάγματ', propter ἀντίφωνα, od sequitur. non tamen ut contextum mutarem, si consentiant dices.

Ver. 804. (814.) Majori forte cum affectu distingui posset, ροσαυδῶ σε τὸν θανόντα; ut in isto Virgilii Aen. IX. 481. nc ego te, Euryale, aspicio? Σὲ τὸν θανόντα ut ver. 1023. e. σὲ, ὦ θανὼν, vel ὃς εἶ ὁ θανών.

Ver. 806. (816.) Αἶ, αἶ· ἐπάθομεν ὦ. Codd. A. B. hic no-nt $\frac{\pi}{\lambda\varepsilon\iota}$ i. e. λείπει, deest aliquid. Supplet Barnesius, δεινὰ πά-ομεν φίλοι, post Αἶ, αἶ. Sed haec in contextum admitti non portuit. rejeci itaque. Notat Heathius, deesse versum unum ui hunc proxime praecedere, et priori parti versus 819 opponi ebebat.

Ver. 808. (818.) Pro πότμον Cod. A. πονον. non male. et er. 809. pro κἀμὲ δῆτα τὴν, Idem, δητ εμε γε την. C. ορωσιν ητ εμε γε την. His similia sunt ista Sophoclis Oedip. Colon. 921.

ΚΡ. Ὁρᾶτε ταῦτα τῆσδε γῆς ἐγχώριοι;
ΟΙΔ. Ὁρῶσι κἀμὲ καί σε.

Ibid. Ὦ πόλις Ἀργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε; „Pu-tares Ἀθηνᾶς leg. esse. Sed prior, quae hactenus Athenis fuit, scena jam deinceps Argis erit, solito Euripidae et drama-ticorum aequalium artificio, tunc temporis non miro, hodie in-credibili. Deinde, ver. 1165. redit rursus Athenas.“ *Reiskius.* Existimavi scenam per totum hoc drama esse Eleusine; ut in argumento, Ἡ μὲν σκηνὴ, ἐν Ἐλευσῖνι: nunquam Argis, neque Athenis, sic ver. 365. loco simillimo, quando Chorus dicit, Ἱππόβοτον Ἄργος, etc. *Argi*, i. e. *o cives Argorum equispa-scendis-aptorum, o patrium meum solum*, AUDIVISTIS *haec* etc. loquitur Eleusine, non Argis. et ita hic Adrastus, Ὦ πόλις Ἀρ-γεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε; *O civitas Argiva*, i. e. *O ci-ves Argivi*: ipse tamen Eleusine existens, non Argis. neque hu-

803. Aristoph. Plut. 601. Eq. 810. Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει. *Porsonus.*

jusmodi translationis scenae in eodem dramate [illegible] in veteribus dramaticis memoriae occurrit. Horatii istud me Thebis, modo ponit Athenis, quod et in hac fabula est, non intelligi debet de translatione scenae dramatis bas vel Athenas; sed de Poëta qui lucide et eleganter et re praesenti narrat in scena ea quae Thebis si forte, vel gesta sunt, semper tamen manente scena dramatis eod ubi primum fuit constituta; ut hic, Eleusine; nunquam lata ad Athenas, vel Thebas, vel Argos, in eodem d Eleusina Evadne Argis profugit: Eleusine Capaneus et combusti sunt: Eleusina Chorus primum accessit, et A ibi invenit, et per totum drama ibi manebat. quod est mum istius immutabilitatis, quam dixi, indicium. et ita deprehendes in omnibus, opinor, Euripidis, Sophoclis, schyli Tragoediis, ut, ubicumque Chorus permanet (et permanet eo loco ubi primum collocatus fuit,) ibi si dramatis, et ea semper immutabilis, in eodem dramate.

Pro τὴν τάλαιναν, forte τὰν: licet non ex toto necessar

Ver. 811. (821.) Προσάγετ' ὦ δυσπότμῳ. Metrum n venit strophico. Codex A. προσαγετε δυσποτμων. Scribo, ἄγετε τῷ δυσπότμῳ. cui ultimae voci par est ματέρες in s nam secunda in δυσπότμῳ brevis est, ut ver. 808, et alib

Ver. 813. (823.) Σφαγέντα τ' οὐκ ἀξί', οὐδ' ὑπ' g) Necesse est ut haec sint corrupta. sic enim strophe, ve Ἀΰσατ', ἀπΰσατ', ἀντίφων' ἐμῶν: qui est Iambus trimet chycatalectus. Forte, Σφαγέντ' ἀνάξι', οὐδ' ὑπ' ἀξίων, *fecta indigniter, neque a dignis.* Οὐκ ἄξι' fuerit explicat rius, ἀνάξι'.

Ver. 814. (824.) Ἐν οἷς ἀγὼν ἐκράνθη. E regione huj sus Cod. A. ponit Χο. notam Chori; et scribit εγων εκρανθ quoque habet εγων. Et ad ver. 815. Idem A. ponit Αδρ. sunt confusissima.) *[„Ἐν οἷς subintell. τόποις, *in illis* „*ubi.*" *Reiskius.*]

Ver. 818. (828.) Post ἔχεις, secundo loco, signum inte esse puto: ut Alcest. 1119. Ἔχεις; respondet Admetus, ναί. Apposite Cyclop. 679. quaerit Chorus, Ἔχεις; res

g) Gravissime hallucinatur Vir doctissimus. Sanus est locus. Ἀπύω primam produxit Sophocl. Aj. 896. Aeschyl. Pers. 125. Euripid. Hec. 155. Orest. 1259. Aristoph. Eq. 1020. Pindar. Olymp. V. 45. Difficile est statuere qualem huic voci quantitatem affixerit Dausqueius ad Q. Calabr. VI. 211. Errare non potuisset Marklandus, si meminisset Ioni adhibiti Homero Il. Ξ. 39 K. 83. P. 271. loca Soph Euripidis alio consilio no Wesselingius ad Herodot. *Porsonus.* Similes sunt ve pra 611. 621. Phoeniss. 55 ne alios memorem. Cons dipodia Iambica et hepl meri trochaica.

Cyclops, κακόν γε (scil. ἔχω) πρὸς κακῷ, τὸ κρανίον Παίσας κατάξαι. Sophocles Ajac. 885. roganti Semichoro, Ἔχεις οὖν; respondet alter, Πόνου γε (sc. ἔχω) πλῆθος, οὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον. Brodaeus dicit Adrastum haec loqui, et ejus esse integrum carmen. et Heathius tollit distinctionem post ἔχεις, quia βάρος regitur ab ἔχεις. *[Sed] vetustae editiones ita habent, Ἔχεις, ἔχεις. ΑΔ. πημάτων γ' ἄλις βάρος. quod *(earum auctoritate) restitui, Barnesio aliter edente.

Ver. 819. (829.) τοῖς τεκοῦσι δ' οὐ λέγεις. Codd. A. B. ita: προσσον τους τεκουσι. quasi haec essent a mala manu. certe obscura sunt: vel, ut verius dicam, non intelligibilia; mihi saltem. Si abjiciantur, omnia recte procedent. vide strophen, ver. 806: ubi notat Heathius, hunc versum (819.) in duos dividi oportere, quorum posterior versui 806. respondebit, si ita scribatur, αἴ, αἴ, δύστ μον. Ibi est Αἴ, αἴ. ἐπάθομεν ὦ.

Ver. 822. (832.) Pro δέμας, A. δεμας γ'. *[Recte, credo].

Ver. 824. (834.) κακῶν πέλαγος. Ut Herc. Fur. 1088. κακῶν δὲ πέλαγος εἰς τόνδ' ἤγαγες; Vide Hippol. 822. Aeschyl. Prometh. 745. Pers. 438.

Ver. 829. (839.) Κατά με πέδον γᾶς ἔλοι. Id est, πέδον γᾶς ἐνθέλοι με: ut Sophocl. Oed. Colon. 1762. κατά με φόνιος Ἅιδας ἕλοι. ex Homerico forte, τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Pro πέδον γᾶς, A. πελαγος γας. Deinde, Διὰ δὲ θύελλα σπάσαι, i. e. θύελλα δὲ διασπάσαι, sc. με.

Ver. 831. (841.) Πυρός τε. Aut πυρόεις leg. aut ver. 832 ἐκ Διός. *Reiskius.*

Ver. 834. (844.)

Πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν
Ἔγημας. ἁ πολύστονος etc.
*Et funestum oraculum Phoebi secutus,*
*Nuptum dediti filias viris: luctuosa* enim etc.

Neque sensus, neque lingua. Lego, et distinguo:

Πικρούς ἰσεῖδες γάμους,
Πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν·
Ἔρημα δ' ἁ πολύστονος
Οἰδιπόδα δώματα
Λιποῦσ', ἦλθ' Ἐριννύς.
*Tristes vidisti filiarum nuptias,*
*Et funestum Phoebi oraculum:*
*Vacua autem luctuosa*
*Oedipi domo*
*Relicta, migravit Erinnys* in tuam.

Similis aliquatenus querela infra ver. 1078. δ et σ, saepe confunduntur, ut alibi notavi. Phoeniss. 355. τὸ δαιμόνιον Κατεκέρασε δώμασιν Οἰδιπόδα.

Ver. 838. (848.) *[*Μέλλων σ' ἐρωτᾷν, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ Γόους*, etc. Per σε, vult Chorum, non Adrastum, ob id quod sequitur, *νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ* ubi *Ἄδραστον* plane opponitur huic σε. Et ita Reiskius. Quod vero dicitur, *ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ γόους*, non intelligo. non enim apparet ubi Chorus (vel Adrastus) in superioribus luxerit coram στρατῷ, sive exercitum, seu hominum *magnum coetum* sub στρατῷ contineri dicas. Budaeus dicit, *ἐξαντλεῖν γόους* hic significare *exantlare et perferre luctus*. Neque hoc intelligo quid hic velit. Aldina distinguit post στρατῷ, et cetera continuat. Editio Brubach. habet *ἐξήνυις* unde Reiskius *ἐξήνυτες* quod mendum est, opinor, typographi, propter amphimacrum *ηνῦτες*: qui pes in versu iambico locum non habet. Idem delet comma post *ἀφήσω*, et conjungit *ἀφήσω τοὺς ἐκεῖ μύθους*, vertens, *omittam sermones quos tum volebam facere*. Recte, credo, *τοὺς ἐκεῖ μύθους*, *priores sermones*, ut *τῆς ἐκεῖ πάτρας*, *prioris patriae*, apud Hel. 149. Heathius per σε intellexit *Adrastum*, et idcirco legit *ἀφῆκα* pro *ἀφήσω*. *Μύθους εἰς τὰ σὰ*, *sermones* vel *quaestiones quae spectant ad te* vel *res tuas*, ut Ion. 759. *συμφορὰν εἰς ἐμέ*, *rem quae ad me spectat*. Per *ἡνίκ' ἐξήντλεις γόους* Theseus videtur innuere locum istum versu 277. et sequentibus. Historiam habes loci hujus. jam quid sit στρατῷ, explicet qui potest, et conjiciat qui vult. Ego non nisi unicam vocem invenire possum quae sensui, metro, et linguae plane satisfaciet. quia autem vulgatae στρατῷ adeo dissimilis est, neque possum caussam afferre probabilem tantae mutationis, eam reticebo, *μὴ γέλωτ' ὄφλω*, ut ille mox ait. Proxima est *προτοῦ*, *ante*: nempe, ver. 277. et seqq.] *(838. *ἐξήντλεις στρατῷ Γόους*. Theseus Chorum alloquitur. Lego, στρατοῦ *γόους*, *lamenta ob* amissum *exercitum*: quod Chorus fecit, ver. 277. etc. Sic *φθόνῳ θυγατρὸς*, *ex ira* ob *filiam*, Iph. Taur. 1268. *μέλος τύχης*, *carmen* seu *querela* ob *fortunam*, Iph. Aul. 1280. *γόους τύχης*, hac fab. 1198. *πένθος παίδων* 1117. Et ita conjecerat vir eruditissimus Joannes Fosterus.)

Ver. 840. (850.) Pro *ἱστορῶ* A. B. ιστο ισωρω. C. ιστ εισορω. *Ἄδραστον ἱστορῶ*, non est, *σε*, *ὦ Ἄδραστε*. nam hoc Graece foret, *εἰ τὸν Ἄδραστον ἱστορῶ*, cum articulo. dicam ad Iphig. Au 791. vide et ad ver. 110. hujus dramatis.

838—840. *Μέλλων σ' ἐρωτᾶν, ἡνίκ' ἐξήντλεις λόγους Κῆρυξ Κρέοντος, τοὺς ἐκεῖ μὲν εἰς σὲ σὰ Μύθους ἀφῆκα. νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ.* Brunckius, optimus omnium poeta, ad Euripid. Orest. 846. qui poeseos suae aliud specimen exhibet ad Aeschyli Theb. 942. aliud Med. 942. *Porsonus.*

ῶν proprie erit positum, ut prius, de *civibus Athenien-*
ῶνδε vero de *Ducibus caesis*, δεικτικῶς, ut οἵδε paullo
ia ante oculos eorum jacebant cadavera. Hae ambigui-
distinctionibus, magnas nobis difficultates saepe creant:
rant iis qui haec pronunciata audiebant. Ecquis nunc
licere, quaenam harum a calamo Euripidis fuerit? Haec
sint, orandi sunt Viri Docti, ne nimis irasci velint iis,
munì jure utentes, hoc vel isto modo malint distingue-
ı uterque incertus sit.
ɔ θνητῶν cod. A. θνητων γ'. optime. vid ad ver. 161. γε
m iambico versu saepe bis ponitur. Constructio vocis
incertior est. *(Distinctio incertissima; tribus enim mo-
ingui potest.) Interpretes videntur eam conjunxisse cum
aestaret forte πόθεν θνητῶν, ut in isto Homeri, πόθεν
ῶν; si et ibi πόθεν conjungendum est cum ἀνδρῶν.
r. 844. (854.) κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ Τολμήμαθ'. Sic
' ἢ φέρειν κακά, *mala majora quam ut quis ea fer-*
*t*, Hecub. 1114. νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν, Sophocl. Oed.
16. μεῖζον ἢ πενθεῖν κακὸν, Bacchylides ap. Stob. Tit.
Herodotus dixisset ἔργα λόγου μέζω, lib. II. 35. Plenam
em exhibet Xenophon Ἀπομν. III. p. 770. C. μεῖζον ἢ
ρειν δύνασθαι κακόν. Hoc loco εἶδον non est *vidi*; sed
: non enim *vidit* horum facta Theseus, ver. 523. Hea-
cte vertit, *novi*.
. 848. (858.) τρῶμα. Ionicum hoc est pro τραῦμα: ut
pud Herodotum pro θαῦμα. Sed omnes codices bene hic
τραυμα. vid. Dorvill. ad Chariton. p. 461. Pro λόγῃς

Ver. 849. (859.)

*Κοινοὶ γὰρ οὗτοι τῶν τ' ἀκουόντων λόγοι*
*Καὶ τοῦ λέγοντος, ὅστις ἐν μάχῃ βεβὼς*, etc.

Hoc est, „Nam stultitia hujusmodi sermonum et quaestio„num *communis est*, i. e. pertingit ad *quaesitores*, *interrogato„res*, aeque ac ad istum *narratorem*, qui, in ardore pugnae, „cum circumvolitent eum crebrae hastae et jacula, tamen ausus „fuerit dicere, quis et quis se in proelio fortiter gesserit. Aeque „stultum est velle *narrare* haec; ac de iis *quaerere:* idcirco te „de his rebus non interrogabo *(utriusque causa.)*" *Κοινοὶ τῶν τ' ἀκουόντων* etc. ut, *τόδε κοινὸν πάσης Ἑλλάδος* ver. 538. *Βεβὼς* hic nihil aliud est quam *existens*, *qui est*, a verbo *gestas βαίνω*, *vado*, *sum*. *ποῦ πυρεῖ βεβὼς* Iph. Taur. 1285. *ubi est? non*, *quo abiit*, ut vertitur: nam vetant proxime sequentia. Vide ad ver. 665. Frequentissime in hujus vocis sensu et versione erratum est. In secundo versu mallem, etiam sine MSS. *Καὶ τοῦ λέγοντος.* [k]) *τίς γὰρ ἐν μάχῃ βεβὼς*, etc. cum interrog. ad finem sententiae: vide locum Electrae in nota proxime sequente. nam ος ante τις, a scriba repetitum ex praecedenti *λέγοντος*, necessario extruderet *γὰρ*, metri caussa: et in restituendo hoc scriptore, saepe necesse erit sequi (sed non in contextum admittere) quod probabile est eum scripsisse, potius quam quod in nostris exemplaribus nunc invenitur. *Κοινοὶ* Heathius vertit *vulgares*. Reiskius, *κενοὶ* conjicit. Mihi verum videtur *κοινοὶ*, eo modo quo explicavi; quamquam *κενοὶ* (quemadmodum conjeceram) primo aspectu blandietur plerisque. Vide Dorvill. ad Charitin. p. 696. *οἱ ἀκούοντες*, *audientes*, iidem sunt qui *οἱ ἐρωτῶντες*, *interrogantes*, *quaerentes:* quibus opponitur *ὁ λέγων*, *narrator*, vide Hecub. ver. 236. Orest. 1614.

Ver. 852. (862.) *Σαφῶς ἀπήγγειλ', ὅστις ἐστὶν ἀγαθός.* Sententia eadem in Electr. 378.

*τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων*
*Μάρτυς γένοιτ' ἂν, ὅστις ἐστὶν ὠ 'γαθός;*

prout ibi recte edidit Barnesius, et hic edere debuit, *ὦ 'γαθὸς* nempe, pro *ὁ ἀγαθὸς*: qualia plura notavi ad Iphig. Aulid. 644. *Ἀγαθὸς* proprie de strenuis in bello. Miltonus hic margini adscripserat *ὦ 'γαθός.*

Pro *ἀπήγγειλ'* Cod. A. *επηγγειλ'*.

Ver. 854. (864.) Pro *ἂν* mallem *αὖ*· quia hae particulae saepissime commutantur, et quia ingrata est *ἂν* toties repetita intra quatuor iambos. Tolerabilior est in Sophocl. Oed. Tyran

k) Mihi emendatio ista parum Graeca videtur. Ni fallor enim, dicendum erat *τίς σαφῶς ἀπηγγείλει' ἄν*, ut in loco quem citat, *μάρτυς γένοιτ' ἄν* Electr. 57 *Musgravius.*

*τε ἂν "Ιστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν Νίκην* etc. quia *ἂν* his positionis est usus, prosaïcis etiam scriptoribus frequentatum ibi nullum *Φᾶσιν εὖ*. Reiskius quoque *οὔτ' εὖ* vicissim.

858. (868.) *Λίδως ἔπαινον, τῶν ἔγωγε βούλομαι.* Censuit, cum eruditiss. Piersono Verisimil. I, 6. Sed locutudo ex Euripide et aliis Tragicis, in quibus articulus tivus ponitur pro subjunctivo, *ὅ* pro *ὅς*, (qui mos, ex gua Attica, ab Ionicis servatur scriptoribus) sententiam ne cogit. Delerem solummodo virgulam post *ἔπαινον*. distingui posset, *Λίδως ἔπαινον, τοῦτ' ἔγωγε* etc. pro

*αινον* est quod nunc vulgo dicitur *elogium*, et *laudatio*. ophont. in Agesilao p. 672. D. Plutarchum Bruto p. 996. stidem Panath. p. 190. ed. Jebb. *"[„Λίδως ἔπαινον* signic loci *das in mandatis, jubes, imperas."* Reiskius.]

860. (870.) *τὸν ἄβρόν*. Sensu bono, si scriptura recte [neque leg. *ἁδρὸν* m)] ut *ἁβρὸν πλοῦτον, splendidas opes*, Pyth. III. et *ἁβρὸν κῦδος* Isthm. I. *τὸ τῆς ἀρετῆς ἁβρὸν* v Athenaeo XV. 10. p. 687. C. *κοσὶν ἁβρὰ παθεῖν, pone esse*, in farragine quae vocatur Theognidis *Γνῶμαι*, ed. Turneb. Paris. 1555. *Γαστρί τε, καὶ πλευρῇς, καὶ ἁβρὰ παθεῖν*. vide praecedentes tres versus; qui (cum lealiqua varietate) citantur ut Solonis a Plutarcho init. s, p. 79. C. Cujuscumque tamen sint, dignos eos puvertere Horatius, 1 Epist. XII. 5.

*Si ventri bene, si lateri, pedibusque tuis, nil*
*Divitiae poterunt regales addere majus.*

*v* favet Statius Theb. III. et Aeschylus cum Scholiast. *ἑπτὰ Θήβ.* ver. 430. *[Aliquis forte distinguat, *Ὀρᾷς τὸν*, etc. *τὸν* pro *τοῦτον*, et *ἁδρὸν βέλος* pro *fulmine*.]

862. (872.) *"Ηκιστα δ' ὅλβῳ γαῦρος ἦν*. Plutarchus d. p. 279. B. *ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Καπανεύς, Ὡι βίος ολὺς, "Ηκιστα δὲ δι' ὅλβον γαῦρος ἦν*. Memoriter, opiad sensum citavit Plutarchus. Zeno hos versus in ore habebat: Diog. Laertius VII. 28.

*φρόνημά δὲ Οὐδέν τι μεῖζον εἶχεν ἢ πένης ἀνήρ*. Consum est, non Poëtam in sua persona hic loqui, sed A-

lusgravius.
e vocem Sthenidae Pyapud Stobaeum Serm. 53a, 50. restituendam putabat Wakefieldius.
καὶ μιμέοιτο (βασιλεὺς τον (h. e. *Θεὸν*) *αἰ μεγαλόφροσύ τε, καὶ ἀδρὸν, καὶ ὀλιγοδεία παρασκευάζοι αὐτὸν, κατοικὴν διάθεσιν ἐνδεικνύμενος τοῖς ὑφ' αὐτῷ*. Edd. Gesner. et Trino. *ἁβρὸν*, sed Gesnerus in marg. *Lege σοφόν*.

drastum, Capanei amicum, et in cujus partim caussa Capa
periit. alioquin, cum his conciliari non possunt ea quae alib
hujus Capanei superbia et *γαυρότητι* narrantur.

Ver. 864. (874.) *Φεύγων, τραπέζας ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄ*
*Τἄρκοῦντ' ἀτίζων.* [Vel, *ἐξογκοῖτό γ'* ἄν. Brodaei *αἰτίζων*
cat in metrum.] Athenaeus IV. 15. [p. 159. A.] pro *φεύγω*
tat *φέγων*, et *T' ἄρκοῦν ἐκεινῶν*, et *εἴ τις* pro *ὅστις*. post
majorem distinctionem ponit, *ἐξογκοῖ'* ἄγαν *T' ἀρκοῦν ἐ*
*νῶν*. Sed lib. VI. 13. [p. 250. E.] citat *Μισῶν τραπέζας*
*ἐξογκοῖτ' ἄγαν*. ex parodia, quasi fuisset *τραπέζας ἐκσογκοῖτ*
*γαν*, *mensas sonchis onerâret*. vide locum: et de *soncho* vil
gumine, Plinium XXII. 22. Meminit ejus et Antiphanes Com
ap. Athenaeum II, 19. p. 60. et Matron p. 64. [V. Porson.
Aristoph. Equit. 1272. p. 108. *ED. LIPS.*]

Ver. 867. (877.)

*Φίλος παροῦσί τε*
*Καὶ μὴ παροῦσιν· ὧν ἀριθμὸς οὐ πολύς.*

Ita de se Hippolytus, ver. 1001. *Ἀλλ' αὐτὸς οὐ παροῦσι, κ*
*γὼς ὢν φίλος*. non recte *αὐτὸς* [n]) ibi legitur. Epicurus a
Laërtium X. 118. *μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν φίλοις καὶ*
*ροῦσι καὶ ἀπουσιν ὁμοίως*. Distinxi post *παροῦσιν* plenius q
ante. *ὧν* est *οἵων*, *qualium hominum numerus non est magn*
Troad. 477.

Pro *παροῦσί τε* Ald. Herwag. et Codd. A. B. *τοῖς παροῦσι*
ex interlineari explicatione *τοῖς*. et ita Brubach. edit. mon
Reiskio, qui legit, *Φίλοις τ' ἀληθὴς ἦν φίλος·* aut sic, *Φίλο*
*ἀληθὴς ἦν φίλοις παροῦσί τε*—

Ver. 871. (881). Pro *Τὸν δὲ* conjicitur *Τῶνδε*, ut ver.
Sed cum exemplaria non varient, et ferri possit vulgata,
mutarem: neque ver. 870. legerem *οὔτ' ἐς οἰκέτας*, quia seq
*Οὔτ' εἰς πολίτας*. vide magnum Dorvillium ad Chariton. p.

Ver. 872. (882.) *Ἐτέοκλον, ἄλλον χρηστότητ' ἠσκ*
*Ἄλλον* construi potest cum *δεύτερον* versu praecedenti, s
malit, sublata distinctione post *Ἐτέοκλον*: quod saepe fit,
vox *ἄλλον*, quoad sensum, omitti potest: vide ver. 888. T
614. *δεύτερον ἄλλο κακὸν* Sophocles Antig. 1304. ut *ἕτερος*
*τεραι* Demosth. in Midian. p. 144. ed. Taylor. Hoc loco im
forte Aeschylum *Ἑπτ. ἐπ. Θήβ.* 492. *Τέταρτος ἄλλος, τ*
*νας* etc. et ibid. ver. 430. *Γίγας ὅδ' ἄλλος* etc. ubi tamen

n) Confer Valckenaerium ad Phoen. 927. qui in Hippolyto postea ex Marklandi emendatione edidit *αὐτός*. Confer eundem ad Hippol. 659. ubi pro *ὡς ἂν αὐτὸς* in Sophocl. Philoct. 1324. (1
legit *ἕως ἂν αὐτός*. *Personae*.
gantur Valckenaerii observa
Hippol. 925.

ον. vide locum, et Scholiasten [o]). Ex veteri Attica lo-
tum hoc esse conjicere quis posset ex Herodoto lib. iv.
ἄλλος Τιαραντὸς, etc. et cap. 53. μετὰ δὲ τούτους,
ποταμὸς ἄλλος, τῷ οὔνομα Παντικάπης. Lib. I. 197.
δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε. et ita passim
lle: sed et Demosthenes. neminem autem novi, vel me-
dicit ἕτερος ἄλλος, quemadmodum fit supra ver. 572.
845. οἶκον ἄλλον ἕτερον. ubi vide Barnesium et Kingium.
873. (883.) τῷ βίῳ μὲν ἐνδεής. Mirum est, unde hic
t pauper describatur, cum filius esset Iphidis, patris
qui per totam subsequentem narrationem videtur fuisse
principibus Argivis, et qui appellatur ἄναξ ver. 986.
ic, ut supra 861, quod est ὄλβος 862. sic ἀλαζονεία
jactantia vel ostentatio opum seu fortunarum. D. Joan.
16. non superbia vitae. vid. cap. iii. 17.
874. (884.) Πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείᾳ χθονί. Le-
divisim ἔσχ' ἐν Ἀργείᾳ. sed non opus. Teles apud
Serm. xciii. p. 516. paullo aliter hunc locum citat:
[illegible] δέ μοι δοκεῖ οὐδ' ὁ Εὐριπίδης ἐγκωμιάζειν τὸν
[illegible] Ἐτεόκλον,) διότι νεανίας μὲν ἐνδεὴς ἦν,
Πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείων πόλει,
875. (885.) δωρουμένων. Dare volentium, sequitur
n recepit, quale supra notavi ad ver. 740. Deinde, ὥστε
τοὺς Δούλους παρασχεῖν, χρημάτων ζευχθεὶς ὕπο· pro
tobaeus Tit. xliv. p. 307. [p]) οὔτε τοὺς τρόπους Δούλους
χρημάτων πεισθεὶς ὕπο. sic δοῦλον παρασχὼν θάνατον,
175. pro δουλικὸν, ut παρθένους χεῖρας pro παρθενικὰς,
878. (888.) Idem [q]) Τοὺς δ', non τ': et pro τὴν πόλιν,
ν: non tam bene. nam Euripides dicit, Eteoclum hunc
ὺς ἐξαμαρτάνοντας, Eteoclea scil., injuste agentem; sed
atem ejus, Thebas. et sequitur ratio quare non oderat
ejus: ἐπεί τοι κοὐδὲν αἰτία πόλις Κακῶς κλύουσα διὰ
ην κακόν. ubi iterum mireris discrimen in Stobaeo: ἐπεὶ
ὲν αἰτία πέλει Κακῶς ἀκούειν διὰ etc. Sed sincerior vi-
ctio Codicum A. B. C. ἐπεί τοι γ' οὐδὲν αἰτία etc. οὐδὲν est
ὲν, idem quod οὐκ, pro quo saepe ponitur. Πέλει istud
eo poëtica vox habetur. sed saepe ea utuntur Tragici,
s. *[Cl. Reiskius ita legit, Ἤχθαιρε, πεισθεὶς οὐδὲν ἀ-
ν Κακῶς κλύειν ἂν διὰ — aut, Ἤχθαιρε πᾶσαν, οὐδὲν

les Stobaei p. 575, 22.

v edidit Brunck. ex duo-
. quorum unus in textu,
perscriptum ἄλλου exhi-
bebat. Porsonus.

p) οὐδὲ Trincavellus.

q) Ita quidem Trincavellus et Gesnerus; correxit Grotius.

ἀξιῶν πόλιν κακῶς κλύειν ἂν διὰ—vel tandem, quod mav
Ἤχθαιρεν, εἰ τύχῃ οὐδὲν αἰτία πόλις, *non oderat urbem, si*
*male audiret ob malum rectorem, ipsa innocens.* De hiatu
τύχῃ οὐδὲν, in Tragicorum iambis nunquam viso, dixi supr
ver. 109.]

ripid. Hec. 569. Androm. 567. Aristoph. Thesm. 437. prout illum recte emendavit St. Bergleri. *Valckenaer.* in praef. ad Phalaridem Lennepii p. xix.

g) Vide Koënium ad Gregor. de Dial. p. 92.

ed. King. et centies ita invenias. Apposite apud Aristoph. Ranan ver. 1187, istud quod prius Aeschylus dixerat (ver. 1184.) *Ἥκω εἰς γῆν τήνδε*, Euripides repetens exprimit, *Ἥκω εἰς γῆν* non *Ἥκω εἰς τήν*. quod et hic faciendum censeo, *Εἰ δ' ἔσαν ἐν γῇ*, non *ἐν τῇ*. His parvis ignoratis, necesse erit ut errent viri etiam maximi.

Conjecturam in locum Aristotelis De Poëtica, quae in priore editione hic sequebatur, ideo omisi, quia de ea subdubitabam. Hunc defectum ad finem opusculi forte pensabo. Sed pergo.

Literae unius mutatio videtur esse majoris momenti in Epist. ad Romanos, vi. 19. quia forte Apostolum sibi reddit, legendo *νῦν παρεστήσατε* pro *παραστήσατε*. aliter, non probatio erit sed exhortatio. *ἀνθρώπινον λέγω—ὑμῶν*, in parenthesi poni debet: et tunc propositio probanda est *ἐδουλώθητε τῇ Δικαιοσύνῃ*· quam hoc modo probat, *ὥσπερ ΓΑΡ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ Ἀκαθαρσίᾳ,—οὕτω νῦν παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ Δικαιοσύνῃ*, etc. [h]) Si aliter legatur vel sumatur, *hortabitur* (263) 258 eos Paulus, versu 19. ut *faciant* id quod versu 18. dixerat eos *jam fecisse*. Nulla est argumentatio in *παραστήσατε*.

Ex Graecis unum addam locum Luciani, quia in nupera praeclara Editione, quam consulto dudum inspexi, nihil in eo, si recte memini, tentatum vidi. Locus est in Apolog. pro mercede conductis p. 487. ed. Graev. de *simia* (*πιθήκῳ*) reginae Cleopatrae, quam simiam saltare docuerant: *ἐκεῖνον γὰρ* (*φασὶ*) *διδαχθέντα, τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως καὶ ἐμμελῶς, καὶ ἐπιπολὺ θαυμάζεσθαι μένοντα ἐν τῷ σχήματι, καὶ τὸ πρέπον φυλάττοντα, καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκείμενον ὑμέναιον. ἐπὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδας, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον*, etc. Ista, *συγκείμενον ὑμέναιον*, non possunt intelligi, neque in Graecis, neque in Latinis, *hymenaeum respondisset*. Cod. MS. Bourdelotii pro *συγκείμενον* habuit *συγκινούμενον*. Recte. Lego et distinguo: *καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκινούμενον. οὐ μενοῦν ἐπειδὴ εἶδεν ἰσχάδας*, etc. *et ad sonum cantûs et tibiarum, motus suos accommodantem. veruntamen ubi vidit caricas, opinor, vel amygdalam procul jacen-*

h) Cujus sententiae argumentatio haec est: *Νῦν ΓΑΡ οὕτω παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ Δικαιοσύνῃ, ὥσπερ* (ποτὲ) *παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ Ἀκαθαρσίᾳ*, etc. Literis initialibus majusculis signavi voces *Δικαιοσύνη* et *Ἀκαθαρσία*, quia Paulus eas *προσωποποιεῖ*, et de iis velut de *Dominabus* loquitur. *Nunc enim ita exhibuistis membra vestra serva Justitiae, sicut* (olim) *exhibuistis membra vestra serva Impuritati* etc. Simile aliquatenus istud D. Petri, 1 Epist. ii. 25. *Ἦτε γὰρ* (ποτὲ) *ὡς πρόβατα πλανώμενα· ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα* etc. *Eratis enim* (olim) *sicut oves errantes: sed conversi estis nunc ad pastorem* etc. non *convertimini*, in Imperativo, *ἐπιστράφητε*: sed *ἐπεστράφητε*. (Marklandi ipsius nota.)

ν, etc. οὔμενουν scribitur in Hermot. p. 537. in edit. quae catur Graevii, et vertitur, *nihil equidem.* male tamen, opinor. ersi videntur esse significatus, ut οὔκουν et οὐκοῦν, quae κ, quamquam speciem habet negativam, significatione tamen irmativa usurpatur, ut οὐ γὰρ ἀλλὰ *etenim*, οὐ μὴν ἀλλὰ *ve- tamen*, vel *quin et*, Philoni Judaeo tom. I. p. 44. Οὐ μὴν ἀλ- καὶ συγγενὴς ἐστι ταῖς τῶν ὀργανικῶν ζώων (l. σωμάτων) κι- σεως de numero *Senario.* Apud quem auctorem obiter mo- , p. 116. tom. i. pro ἔτι αὐτοῖς χρησόμενοι legendum esse ἐ- σεσθε (vel ἑμέτοις)χρησάμενοι: et p. 245. pro διαχεομένης, scri- dum διὰ χοάνης, *per infundibulum*, loco elegantissimo. Vix us finis est hujusmodi capitalium depravationum in isto scri- re eloquentissimo: licet multas sustulerit doctissimi Mangeii gentia et solertia.

Transeo ad Latinos; et in primis ad delicias tuas (et cujus s, cui mens sana est?) Horatium. in ejus Epodo II. ver. 27. imus,

> Fontesque *lymphis obstrepunt manantibus*
> Somnos quod invitet leves.

d quemnam locum possunt hic habere *fontes*, cum supra, (264) rsu abhinc altero dixerat, *Labuntur altis interim ripis* AQUAE? 254 ratius, opinor, non scripsit FONTESque, sed FRONDESque *lym- is obstrepunt manantibus.* rem ipsam expressit Propertius IV. 4. *Multaque nativis obstrepit arbor aquis.* Sibilus *foliorum,* actus murmuri labentis fluvii, somnos invitat.

I Carm. XXX. 5. in nobili illa Ode ad Fortunam:

> *Te pauper ambit sollicita prece*
> *Ruris colonus; te dominam aequoris,*
> *Quicumque Bithyna lacessit*
> *Carpathium pelagus carina.*

*nauta ruris* est quasi diceres *nauta maris.* Ponenda est di- nctio post *prece*, et post *Ruris;* ante quam vocem repetenda : *dominam*, hac constructione: pauper colonus sollicita prece bit te, *dominam Ruris;* nauta (seu, *quicumque lacessit pela- s carina*) ambit te, *dominam aequoris.* Tali distinctionis de- tu laborat forte locus iste qui est in ore omnium, Art. Poët. r. 440.

> *melius te posse negares*
> *Bis terque expertum*; frustra: *delere jubebat,*
> *Et male ter natos*, etc.

*ustra* est *nihil ageres:* vox seu judicium Poëtae, rem narran- , non alterius, se excusantis: ille enim nondum scivit utrum et *frustra*, necne. Servius ad Aeneïd. IV. 415. *Ne quid in- ertum frustra moritura relinquat:* „*frustra* ex judicio Poëtae

est.[a] Ergo distingui, opinor, melius potuit, *Ne quid inexpertum (frustra!) moritura relinquat.* Et initio hujus Epistolae ad Pisones, ver. 5. male posita videtur distinctio, forte sic restituenda,

*Spectatum admissi risum teneatis? amici,*
*Credite, Pisones,* etc.

*amici Pisones*, ut *amice Valgi*, et *amice Maecenas* alibi. non *teneatis, amici?* quia non ad Amicos in genere, sed ad Pisones, haec Epistola scribitur. Vide Cl. Bentleium ad III Carm. ii. 1.

In nota illa historia Vulteii Menae I Epist. vii. 80.

*Dum septem donat sestertia, mutua septem*
*Promittit; persuadet uti mercetur agellum.*
Mercatur. *ne te longis*, etc.

Horatius Linguam suam melius intellexit, quam ut diceret *mercatur*, postquam dixisset, *persuadet* uti mercetur. Si scripsisset, *suadet* uti mercetur, recte subjecisse potuit, *mercatur*, sed *persuadet* satis significavit hominibus Romanis Vulteium *jam* mercatum fuisse, et sine necessitate addi *mercatur*. Lego et distinguo:

*persuadet, uti mercetur agellum.*
Mercatus (*ne te longis ambagibus ultra*
*Quam satis est morer*) *ex nitido fit rusticus*, etc.

hoc est, *postquam mercatus fuisset.* Mox, ver. 92.

*Pol me* MISERUM, *patrone vocares,*
*Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen;*

expressa sunt ex Euripidis Iphig. in Tauris, ver. 449. ubi Iphigenia ab Oreste quaerit nomen ejus:

*ΙΦΙ. Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ;*
*Tibi vero quod nomen imposuit qui* te *genuit pater?*

Cui ille respondet:

*Τὸ μὲν δίκαιον, ΔΥΣΤΥΧΕΙΣ παλοίμεθ' ἄν,*
*Vere quidem nomine possem vocari* MISER.

I Epist. i. 55. videtur excidisse Conjunctio *et:*

*haec recinunt juvenes dictata, senesque,* ET
*Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto.*

i. e. *juvenes, senes,* ET *pueri*, ut I Serm. vi. 74. nam ridiculi forent *senes*, Laevo suspensi loculos, etc. id est, ὃις παῖδες οἱ γέροντες. *et*, ut II Carm. xvi. 37.

*mihi parva rura,* ET
*Spiritum Graiae tenuem Camoenae*, etc.

atque ita forte II Serm. ii. 100.

*ego vectigalia magna*, ET
*Divitias habeo tribus amplas regibus.*

deest *et.*
[ Carm. iii. 53.

*Quicumque mundo terminus obstitit*
*Hunc tangat armis;* VISERE *gestiens*
*Qua parte debacchentur ignes,*
*Qua nebulae pluviique rores.*

ion satis videtur. nam cujuslibet *otiosi* erat *visere*, neque
i ea re laus: sed Romanorum erat VINCERE: et eo tendunt
: *armis*, et *bellicosis Quiritibus*. Per *qua parte debac-*
r (mallem *debacchantur*) *ignes*, intelligitur *zona torrida*,
*rvidi pars inclusa caloribus mundi*: ubi male legitur *fervi-*
II Carm. xxiv. 36. 37: per, *qua nebulae pluviique rores*,
gitur *zona frigida*.
t. Poët. 431. (266)

*Ut* qui conducti *plorant in funere.*

*Ut* quae conductae *plorant, etc.* Hoc enim *praeficarum*
et locus sumptus est ex Lucilii lib. xxii. citante Nonio
llo V. *Praeficae:*

*mercede* quae
Conductae *flent alieno in funere praeficae*
*Multo et capillos scindunt et clamant magis:*

im facetus iste locus distinguendus est. vide et Fest. Pom-
. V. *praeficae.*
II Carm. ii. 14.

*Mors* et fugacem *consequitur virum.*

ατον videtur *fugacem* VIRUM, aeque ac si diceres *timidum* 257
. Tu verum vidisti, opinor,

*Mors* efficacem h) *consequitur virum,*
*Nec pareit* imbellis *juventae*
*Poplitibus*, etc.

basti apposite ex Epod. III. *efficacis Herculis.* Vir *efficax*
*avus, impiger*, in quacumque re, vel quocumque statu,
a pace, sive in armis, ut hic: unde opponitur *imbellis.*

:onsequitur] Ut aliquid ali-
*consequatur*, non opus est
fugiat. Virgilius Aeneid.
74.
*trahitur, pendetque jugis,*
*hunc lata retectum*
*:ea* consequitur, *rumpit-*
*que* etc.

Phegeus, de quo sermo est, non *fugiebat*, sed *cominus pugnabat*, quando Turni lancea illum *consequuta est. Consequi* est Homericum *κιχάνειν*, *invenire*, *occupare*, *corripere:* Iliad. X. 303. *νῦν δ' αὖτέ με μοῖρα κιχάνει*, quod verti potest, *nunc vero me more consequitur.* (*Markland.*)

Isidorus Origin. lib. X. Efficax *dictus quia* (vel *qui*) *nul difficultatem habet in qualibet re facienda. hinc et efficiens faciendo dictus.* Glossae: Δραχτης (l. Δραστης) *efficax.* Hesychius: Δραστης· πραττειν δυνάμενος. Coelius Ciceroni Famil VIII. 10. *Nosti Marcellum, quam tardus et parum* efficax *itemque Servium, quam cunctator.* qui locus adducitur a Fa in Thesauro. i) Literae Latinae C et G cognatae sunt, ut ob vat Plutarchus in Quaestion. Roman. p. 277. D. unde saepe c mutatum; velut hic, *et fugacem* pro *efficacem.* Sic *pela nunc leg* puto pro *Leucas*, Propert. iv. 6: 17.

*Actia lidcae* Leucas *monumenta carinae.*

(267) et *Aegyptus* pro *Ē Coptus*, vel k) *Est Coptus*, Juvenal. XV. *dorvida nunc Ē Coptus:* unde factum *Egyptus* vel *Aegyptus*, opinor.

Art. Poët. ver. 244.

*Silvis* deducti *caveant, me judice, Fauni.*

Deducti quo? Scribe, litera abjecta, *Silvis* educti caveant, i. e. *educunt*: ut in isto Terentii Andr. V. 4. *homines adolescentulos Imperitos rerum*, eductos *libere, in fraudem illicis?*

258 Contra, I Serm. i. 19. additione literae, et mutatione pun longe concinnior, ut mihi videtur, sensus exurgit,

*Quid statis? nolint.* At qui *licet esse beatis,*
*Quid causae est, merito quin illis*, etc.

vulgo, *atqui licet esse beatis.*
*Quid causae est*, etc.

*Quis* pro *quibus*, ut II Serm. viii. 18. et passim.

III Serm. xxix. 5. Ita hunc locum legebat et distin bat, ut pridem forte nosti, amicus noster, capitalis inguii Nicolaüs Hardinge, ὁ μαχαίτης,

*eripe te morae,*
*Ut semper-udum Tibur, et Aemulae*
*Declive contempleris arvum*, etc.

Quo nihil verius puto. ad Tibur enim invitat Maecenatem Ho tius. Vulgo, *eripe te moras: Ne semper udum Tibur*, etc.

Epod. III. 20.

Jocose *Maecenas, precor,*
*Manum puella saevo opponat tuo*, etc.

i) Haec conjectura non satisfaciebat summo viro, L. C. Valckenaerio ad Euripid. Hippol. 1442. Si retineo, ita faciam quia erat amici qui jam mortuus est. *Ne-ta MS. Marklandi, Exemplari penes Cl. Burnium adscripta.*

k) Rupertus, Marklandi e tus, hanc emendationem Sel dero tribuit.

pitheton parum hoc loco convenire *Maecenati* videtur. Transit ad *puellam*:

> Jocosa, *Maecenas, precor,*
> *Manum puella savio*, etc.

Et in poëta nescio quo, *Puella nec jocosa*. Puella *jocosa* Horatii, est *ludibunda*.

Epod. XVI. 51.

> *Nec* vespertinus *circumgemit ursus ovile.*

In promtu est magis poëticum, et melius sonans:

> *Nec* vespertinum *circumgemit ursus ovile.*

Ut I Serm. vi. 113. *vespertinum*que pererro Saepe *forum*. In 259
versu proxime sequenti (ver. 52.) putarem *alma humus* potio- (268)
rem quam *alta humus*: *Nec intumescit alma viperis humus.* Sensus est, *neque alma humus viperas habet intumescentes.* Quis hic supponeret *alta?* cum ad rem parum videatur, sive viperae sint in *alta*, sive in *summa* humo.

IV Carm. x. 2.

> *Insperata tuae cum veniet* PLUMA *superbiae,*

Doctiss. Bentleius conjicit BRUMA. de qua correctione minus dubitarem, si invenire possem exemplum vocis *bruma* metaphorice usurpatae; id est, si quemadmodum Ovidius dixit *amoris* HIEMS, ita aliquis probatus scriptor dixisset *amoris* BRUMA, vel aliquid ejusmodi. cum vero sequentia, *comae* et *color*, in propria, non metaphorica, notione ponantur, cogitavi de RUGA, quia noveram *rugas* et *calvitiem* saepe conjungi: et memineram istius Propert. III. 23, 32.

> *Et* veniat *formae* RUGA *sinistra tuae.*

Sed utrique conjecturae tuam praepono, scribentis,

> *Insperata tuae cum veniet* POENA *superbiae,*

quoniam a vulgata scriptura non tam longe abit quam *ruga*; et quia sine metaphora rem agit, sic ut *comae* et *color*. *Veniet poena*, ut Ovid. Fast. V. 648.

> *Et tandem Caco debita* poena venit.

Constructio est, *cum poena, insperata tuae superbiae* (*i. e.* tibi superbo) *veniet:* poena de qua nunquam cogitasti, et quam tu superbus *nunquam metuisti:* id enim vult *insperata*. Alia quoque est verborum constructio; sed non tam proba.

*Ἀσυστασία* mihi videtur in I Epist. xii. 22. ut nunc distinguitur:

> *Utere Pompeio Grospho, et, si quid* petet, ultro
> *Defer.*

Quomodo potest aliquis *dare* seu *deferre ultro* (i. e. *sponte sua,*
260 vel *prior*) istud quod prius ab eo *petitum fuit?* Si Flaccus dixisset, *et, si qua re indiget Grosphus, ultro istam ei defer,* intellexissem: sed *petitio* necesse est ut tempore *antecedat,* et excludat *ultroneam* oblationem. mutata distinctione, evanescet absurdum,

*et, si quid* petet ultro,
*Defer.*

*ultro petere* frequentissima est locutio. Noster II Serm. i. 39, licet sensu diverso, *sed hic stilus haud* petet ultro *Quemquam animantem.* Livius XLII. 12. *Seleuci filiam duxisse eum; non petentem, sed* petitum ultro. XLV. 27. petita ultro *societate Ro-*
(266) *mana. petiere ultro,* Gratius Cyneget. ver. 162. Sueton. Calig. 14. *amicitiam ejus* ultro petiit. Martialis V. 6. Ultro *purpuream* petet *libellum.*

I Epist. XIV. 19.

NAM *quae deserta et inhospita tesqua*
*Credis, amoena vocat mecum qui sentit,* etc.

Constat sensus. sed, ut mihi videtur, admodum friget, quae hoc

*Non eadem miramur: eo disconvenit inter*
*Meque et te.* TU *quae deserta et inhospita tesqua*
*Credis, amoena vocat* MECUM *qui sentit; et odit*
*Quae* TU *pulchra putas.*

praecedens *te* forte expulit *tu,* quod videtur postulare oppositio. Sic Epist. X. 6.

TU *nidum servas; Hoc laudo ruris amoeni*
*Rivos,* etc.

In eadem Epistola X. 14. pro *rure* BEATO, valde suspicor Horatium scripsisse *rure* SABINO; non dubitans, ex sensu et adjunctis, quin adjectivum locale lateat sub isto *beato;* et conjiciens hoc fuisse *Sabino* ex multis ipsius Poëtae locis, et ex Suetonio in vita ejus: *vixit plurimum in secessu* ruris *sui* SABINI, aut *Tiburtini.* Totum sic distinguerem et legerem:

*Vivere naturae si convenienter oportet,*
*(Ponendaeque domo quaerenda est area primum)*
*Novistine locum potiorem rure Sabino?*
*Est ubi plus tepeant hiemes?*

261 Id est, Estne *rus ullum* in quo hiemes tepidiores sunt, quam in *Sabino rure?* Nisi haec intelligas de *particulari* aliquo *rure,* comparando cum aliis ruribus, inepta erit quaestio, *Est ubi plus tepeant hiemes?* cum omnibus notum sit, hiemes tepidiores esse in *urbibus* quam in *rure.* Parenthesis ista, est gnome universalis.

Hactenus ex Horatio (nam τῇ χειρὶ σπείρειν δεῖ:) [1]) in quo

1) Vide Schraderi Emend. p. 68.

uctore, post omnia quae in eum scripta vidi; innumera sunt
nae non intelligo. In toto opere vix una est Ode, Sermo, vel
pistola, in quibus hoc non sentio, dum lego. Neque adeo
iror; cum haec obscuritas, (*quo vitio* ille *minime tenebatur*,
ste Suetonio in vita ejus) a posteris invecta fuerit. Horatius
im, Virgilius, Ciceronis nonnulla, Caesar, Livii quaedam, Ju-
nalis, etc. in scholis praelegebantur pueris, et in singulis fere 270)
onasteriis lectitabantur. inde tot spurii et inepti versus in Ho-
tii et Juvenalis hexametris, tot explicationes et immutationes
egantiarum linguae Latinae in contextu Caesaris, Ciceronis, et
ivii, ut si isti auctores reviviscerent, in multis sua scripta non
noscerent. nam hemistichia, et debilia fulcra ista et supple-
enta sensus in Virgilii Aeneïde, a seipso pleraque profecta
ut; *quippe qui, dum scriberet, ne quid impetum moraretur,*
*uaedam imperfecta reliquit; alia, levissimis versibus veluti fulsit:*
*os per jocum pro tigillis vel tibicinibus interponi a se dicebat,*
*l sustinendum opus, donec solidae columnae advenirent:* ut de
) refert Donatus in vita ejus. Heu quod *columnae* istae, morte
irgilii interveniente, nunquam ADVENERUNT!

Pergenti ad Caesarem moram injicit (non enim ad formulam
stringimur) locus Lactantii, forte conspectus, de viribus re-
ionis, lib. III. cap. XXV. *Da mihi virum qui sit iracundus,*
*ledicus, effrenatus: paucissimis Dei verbis tam placidum, quam*
*em reddam. Da cupidum, avarum, tenacem; jam tibi cum li-*
*ralem dabo, et pecuniam plenis manibus largientem. Da ti-*
*dum doloris, ac mortis; jam cruces et ignes, taurum contem-*
*:* In marg. edit. Cantabrig. 1685. legitur, *et ignea*, PERICU-
M *omne et taurum contemnet.* Sed in Codicibus Sublacensi, et
II. Emmanuel. est, *et ignes et* PERICULA, *et taurum contemnet.*
*go: jam cruces et ignes et* PERILAI *taurum contemnet. Peri-*
*s* est is quem Poëtae *Perillum* appellant. Propertius II. 19: 52.

*Et gemere in* tauro, *saeve* Perille, *tuo:* 262

*rilaïum* appellant Phalaris in Epist. 66. 122. et Lucianus in
alaride I. p. 737. ed. Graev. Grotius m) ad Rom. iii. 24. citat,
n *crucem et ignes et* Phalaridis *taurum contemnet.* Sed cum
ta sit historia, et *Perilaï* extra dubium, nolo plura addere.

In Caesaris Comment. De Bell. Gall. lib. V. cap. 42. men-
m est admodum vetustum. Galli hiberna Q. Ciceronis obsi-
bant, et vallo pedum XI, fossa pedum XV, ea cingebant. *Sed*
*lla ferramentorum copia quae sunt ad hunc usum idonea, gla-*
*is cespitem circumcidere, manibus* SAGULISque *terram exhaurire,*
*gebantur.* Ita hunc locum initio V. seculi legebat Paulus Oro-

m) Quemadmodum ex MS. Gothano edidit Cellarius.

sius lib. vi. 10. a doctissimo Oudendorpio adductus: *gladiis concidendo terram, et* SAGULIS *exportando.* ubi notabis astutiam Orosii, qui pro *exhaurire*, quod ibi non intelligi potuit, substi-
(271) tuit *exportare*, quod alia omnino res est. Legendum erat, *manibus* TRAGULISque *terram exhaurire, cogebantur.* Gallis in usu fuisse *tragulas*, (teli genus est, Gellius X. 25.) patet ex cap. 35, 48. et lib. i. 26. *Exhaurire terram tragulis*, id est, *effodere*, ut *exhaurire terram ligonibus*, Horatio Epod. V. ver. 80. Lucanus IV. 294. de Afranii militibus undam quaerentibus et siti pressis:

*Nec solum rastris durisque ligonibus arva,*
*Sed* gladiis fodere *suis.*

Adhaesit ultima litera vocis praecedentis, *manibus stragulisque.* inde istud *sagulisque.* Sed „*Sagulis terram exhaurire*, ut mira „res, ita singularis est locutio," prout notat ad locum sospitator Caesaris Oudendorpius.

Adduxi hunc locum praecipue propter mendi antiquitatem, quae aeque insignis est in isto Horatii Art. Poët. 65.

*sterilisve palus prius, aptaque remis,*
*Vicinas urbes alit, et grave sentit aratrum.*

Ita edidit, ex conjectura, Cl. Bentleius: ante erat,

*sterilisque diu palus, aptaque remis.*

263 De qua lectione vide Grammaticos veteres in nota Bentleii. Legendum erat,

*sterilisve palus pulsataque remis*, etc.

ut *pulsu remorum*, Caesar. Bell. Gall. III. 13. IV Propertius II. 8.

Remorum *auditos per vada* pulsa *sonos.*

Exempla ubique occurrunt. Errore scriptum primo videtur *sterilisve palus palus aptaque remis*, pro *palus pulsataque remis.* deinde omissum *palus* alterum, et, metri scilicet caussa, interpolatum, *sterilisve* DIU *palus, aptaque remis*: quod Grammaticos veteres in errorem induxit de quantitate ultimae syllabae vocis *palus.* Recte autem opponuntur, quae *sterilis* erat palus, ea nunc *urbes alit*; et quae olim *pulsata remis* erat, jam *sentit aratrum*; nec *aratrum* solum, sed et *grave* aratrum: quae vox soliditatem et firmitatem soli indicat. Certissimam puto hanc restitutionem: sed jam intelligo, quod tunc nesciebam, me in ea non primum fuisse. PRIUS autem (pace viri summi) non admitti debuit in contextum, magis quam HAEC, ex N. Heinsii conjectura, *doti* HAEC *deprensa*, I Serm. II. 131. qui locus ita legendus, et distinguendus est, ut mihi quidem videtur,

*miseram se conscia clamet;*
*Cruribus haec metiunt, doti deprensa, egomet mi,*

*Ne nummi pereant, aut fama, aut denique puga,* (272

el *pyga*; ejecto isto monachali versu, *Discincta tunica fugien-*
*dum est, ac pede nudo. Conscia est ancilla, la Confidante.*
la non *deprensa* erat; sed sola *adultera*, et forte *adulter*, qui-
us proprium est verbum *deprendi*. Crescit autem, opinor, ora-
io in ultimo versu; et istiusmodi heroës, de quibus hic agit
loratius, non tam solliciti solent esse de *fama*, quam de *pyga*.
e hac vero, quia *quosdam moechos et mugilis intrat*. Vulgo,
*ut puga, aut denique fama.*

Sed ad Caesarem revertor; in quo sequor praestantissi-
nam editionem Oudendorpii, cui viro scriptor ille aeternum de-
ebit. In his autem explicationibus seu conjecturis, quas ex
luribus excerpsi, continebo me intra tres libros *De Bello Civili*.

Caesar De Bell. Civ. lib. I. 264

Cap. III. *omnes*, qui *sunt ejus ordinis, a Pompeio evocantur*]
*Ejus ordinis* sine dubio est *senatorii ordinis*; ut apud Cicero-
nem Catilin. II. *princeps ejus ordinis*. Sed incredibile est, immo
falsum, *totum* Senatum a Pompeio evocatum esse, et Caesarem
nullos ibi amicos habuisse. Lego: *omnes* sui, qui *sunt ejus or-*
*dinis*, etc. Vox *sui* (i. e. *partium ejus, fautores, amici*) amissa
videtur in sequente *qui*. Sallustius Bell. Catilin. p. m. 35. *Sulla*
omnes suos *divitiis explevit*. et ita saepissime in his libris.

Sequitur: *laudat* Pompeius, *atque in posterum confirmat*;
gniores *castigat, atque incitat*. Ita omnes MSS. interpolantur
voce *Pompeius*: quae vox scripta super *laudat*, hoc modo,
*ompeius*, *laudat* et postea in contextum deducta, genuinam, uti vide-
r, Caesaris scripturam expulit. pro ea viri docti substituunt
*res* vel *promptos*, ut opponatur τὸ *segniores*. Aliud a Caesare
isse suspicor: *laudat* ALTEROS, *atque in posterum confirmat*;
gniores *castigat, atque incitat*. quod exquisitius erat et elegan-
us quam ut vulgo intelligeretur: atque adeo omissum, et post-
ejus loco inepte substitutum *Pompeius*. Noster Bell. Gall.
13. *hujus lateris* ALTER *angulus, qui est ad Cantium,—ad o-*
*ntem solem*; inferior, *ad meridiem spectat*. Supra, c. 3. ejusd.
ri: *In ea civitate duo de principatu inter se contendebant, In-*
*tiomarus et Cingetorix: ex quibus* ALTER—*ad eum venit: at*
*dutiomarus equitatum peditatumque cogere*. Horatius I Serm.
III. 30 Lanea *et effigies erat*: ALTERA *cerea*. Livius XXIX. 33.
*uae turmae haesere*; ALTERA, *metu dedita hosti*: pertinacior *in re-* (273)
*ugnando, telis obruta et confixa est*. Graeci frequenter ita scribunt.

Cap. VII. DONA *etiam, quae ante habuerit, ademisse*.] *Dona*
unt *privilegia*, seu *praerogativae*, tribunitiae potestati conces-
sae, inquit Cl. Davisius. Velles exemplum unum dedisset istius
significationis. Lego et distinguo: *Sullam, nudata omnibus rebus*

*tribunitia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse: Pompeium, qui amissa restituisse videatur,* OMNIA, *etiam quae ante habuerit, ademisse.* Caussa hujus erroris, et innumerorum in his libris, videtur fuisse compendium scriptionis, *oīa* pro *omnia.* unde fecerunt *dona:* pro quo alii conjiciunt *bona.*

265 Cap. XIII. *Hunc ex* primo ordine *pauci Caesaris consecuti milites.*] Scriptum opinor *ex prim. ordin.* pro *ex primis ordinibus;* sic enim legendum puto. Livius IX. 39. *omissis equis, ad* primos ordines *per arma, per corpora evaserint.* ita ex codicibus legit Gronovius, et notat, *ordines* hoc significatu non esse nisi *peditum.* recte: et inde est quod hoc loco Caesar addit *milites.* vide ibi plura. Bell. Gall. VII. 62. *quum* primi ordines *hostium transfixi pilis concidissent.* Aliam hujus locutionis significationem vide B. G. VI. 7. et notis ibi. Paullo ante (post,) pro *L. Pupïus* libri optimi habent SL' *Pupius.* volunt, opinor, SP. (i. e. *Spurius*) *Pupius.*

Cap. XXIV. *quoniam ad id tempus facultas conloquendi non fuerit, atque ad* se *Brundisium sit venturus, interesse Reipublicae et communis salutis, se cum Pompeio conloqui: neque vero idem perfici longo,* etc.] Hoc est Caesaris ad Pompeium mandatum, per Cn. Magium: cujus mandati neque Latinitatem neque argumentationem intelligo. Reciprocorum doctrinam satis luculenter tradidit Cl. Clarkius ad Bell. Gall. VIII. 50. sed quomodo *ad se* possit significare *ad Pompeium,* sive Magius haec loquatur ad eum, sive Caesar scribat, nescio. Deinde: *duae* reddi videntur rationes, quare *intersit rei publicae et communis salutis,* ut Caesar cum Pompeio conloquatur: Prima est, *quoniam ad id tempus facultas conloquendi non fuerit;* Secunda, quoniam *ad Pompeium Caesar Brundisium sit venturus.* Hae rationes per se sufficerent ad evincendam hujus loci infirmitatem. Lego et distinguo (Magius [illegible] Pompeio) *Quoniam ad id tempus facultas conloquendi non fuerit, atque* (i. e. statim) *ad* te *Brundisium sit venturus.* (dicit) *interesse reipublicae; et communis salutis, se* (Caesarem) *cum Pompeio conloqui: neque vero idem perfici;* etc. Difficultas hujus loci [illegible] videtur habuisse ex prava interpunctione, ex *se* pro *te,* et ex voce
(274) *atque;* quam ceperunt pro conjunctione cum esset adverbium, *statim, continuo,* ut in noto isto Virgilii Georg. I. 202. *Si brachia forte remisit,* Atque *illum in praeceps prono rapit alveus* [illegible] ubi Servius: *Atque, id est, statim.* et ita sumi potest in Horat. I Serm. VI. 101. Atque *salutandi plures:* et saepe in scriptoribus optimis. Livius XXXIV. 25. *hortatusque conjuratos qui aderant,*
266 *ut potius quam extorti morerentur, arma secum caperent;* ATQUE *ita cum paucis in forum ire pergit,* etc. Plura vide exempla in Fabr. Thesauro. In Caesare, haec vocis significatio non percepta, multis erroribus et interpolationibus ansam dedit, quarum nonnul-

us, prout occasio fert, infra memorabo. Pro *sit venturus* optimi scribere potuisset *se venturum*. retineri tamen potest *sit venturus*, ex mandato ejusdem generis III. 10, *quantum in bello Fortuna posset, jam* ipsi *incommodis suis satis* essent *documento*: non *eos esse*. vide Oudendorp. ad B. G. II. 10. Paullo ante, quem *Magnum* vocat Caesar, Plutarchus in Pompeio p. 652. F. appellat *Νουμέριον*. non recte, opinor. *Numerius* enim erat Praenomen solum, sic ut *Quintus* vel *Caius*: et Fabiae genti peculiare.

Cap. XXV. *extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae*] Ignoro, cujusnam casus haec verba, *extremis partibus regionibusque sint*, et quare. Nonne deest *opportunum*?

Cap. XXXV. *publice* iis *concesserit*.] Haec sunt verba Massiliensium, non Caesaris in sua persona. unde igitur *iis*, cum Massilienses de *se* loquuntur? Lego: *quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Helviorum publice* $\frac{i}{s}$ (i. e. *sibi*) *concesserit; alter*, etc. *sibi* in Codicibus nonnunquam scribitur $\frac{i}{s}$, vel *si*. unde in Ciceronis Divinat. in Q. Caecilium c. 15. pro *sibi primas* Cod. Francii habet *si primas*. sic *ti* pro *tibi* invenit Davisius in Eumenii Gratiar. Act. c. xi. p. 285. Delapsa et transposita litera fit *is*, et inde *iis*; quod pro *sibi*, non est, ut mihi videtur, aevi Caesariani. Vide Spartian. Severo, c. 4. ubi *se* pro *eum*.

Cap. LIV. *pontem* institutum *biduo perficit*.] Tres optimi Codices habent *instituit*; reliqui servant *institutum*. Forte: *atque ex utraque parte pontem* instituit: institutum *biduo perficit*. Supra c. 28. *duasque naves — scaphis lintribusque* deprehendunt: deprehensas *excipiunt*. vide et II. 11. et Bell. Afric. 86. Cicero Divinat. in Caecil. c. 17. *hoc* institui, *atque adeo* institutum *referri, ac renovari, moleste ferunt*.

Cap. LXVI. iis — *correptis fit ab his certior* etc.] Caesar non ita scripsisset: sed dixisset potius, *quibusdam correptis* (non *iis*)(275) *qui adaquandi caussa processerant*; et numerum eorum forte addidisset. quod et hic fecit, opinor. nam in bonis aliquot exemplaribus scribitur, *ii correpti*. Lego: *Media circiter nocte*, II (i. e. *duo*) *qui adaquandi caussa longius a castris processerant, correpti. Fit ab his certior Caesar*, etc. Si malis, *iis correptis*, si-267 gnificabitur *duobus correptis*, absolute, cum minima distinctione post *correptis*, ut nunc editur. Neque obstat istud Frontini *Strateg.* I. 8. *C. Caesar per exceptum quemdam aquatorem cum comperisset*, etc. nam licet *duo* capti fuerint, ex *uno* tamen praecipue rem cognoscere potuit. cujus generis exempla aliquot sunt in Sacris Literis. Hae notae numerales passim per hoc opus in vocabula transierunt. unde ex vicenariae (sexcenariae) factum *mercenariae*, B. C. III. 4. et ex IIII (quatuor) fecerunt *illi*, ibid. c. 7.

(ut hic *ii* pro *duo*) quae pulcherrimae restitutiones sunt ab Oudendorpio et Vossio. Sic Bell. Gall. V. 25. *L. Plancum* cum *legione*, in Cod. Oxon. legitur *culti legione*; id vult, opinor, *cum* 1 *legione*, seu, *una* legione: ut VI. 7. *Labienum cum una legione*. nam Plancus (c. 24.) legioni *uni* praefectus erat. distincte igitur et signanter *cum una legione*. In eodem cap. 7. Lib. III. Bell. Civ. pro numerali ex. Codex Vossii habuit *ex*: unde vox proxime sequens, *Corcyrae*, mutanda fuit in *Corcyro*, propter *ex*. Ita error errorem parit.

Cap. LXVII. *at* lucem *multum per se pudorem omnium oculis.*] Optime *Ciacconius* legit *luce* et *oculos*. adde distinctionem: *at* luce, *multum per se pudorem omnium* oculos, *multum etiam tribunorum militum et centurionum praesentiam, adferre*. Quod *de pudoris sede in oculis collocata* objicit Davisius, praeter rem videtur. agitur enim hic de oculis eorum qui alios *spectant*, non eorum qui *spectantur*: quod non adtendit Vir clarissimus. *oculus omnium* est *conspectum, intuitum omnium*; ut in Cicerone, *in oculis conspectuque omnium exponere*. et sensus est, Ad milites in officio continendos, multum *per se* conducit si habeant ceterorum militum *oculos* in se *conversos*; quod *luce* fit: multo magis conducit, si addatur praesentia tribunorum et centurionum; quorum in tenebris parum valet auctoritas: vid. lib. II. 31. *Luce*, scil. *existente*, absolute; *dum lux est*, interdiu.

## De *Bell. Civ.* lib. II.

Cap. IV. *Communi enim fit vitio naturae, ut invisis, latentibus, atque incognitis rebus magis confidamus.*] Pro *latentibus* Codices optimi habent *latitatis*, hoc est, opinor, *intentis* 268 seu *intentatis*. Horatius: *Nil* intentatum *nostri liquere*. Porro Literae *i* et *l* saepe commutantur cum sint ejusdem ductus. inde *victrix libido* nunc legi videtur pro *ultrix*, seu *ultrix*, ut apud Livium I. 58. ed. Gronov.

Cap. VII. Sed *Nasidienae naves*, etc.] Pessime vocula prima tollere vel mutare voluit Ciacconius. Connexio haec est: cap. 6. *commisso proelio*, Massiliensibus *res nulla ad victoriam defuit: Sed* (cap. 7.) Nasidienae naves *nullo usui fuerunt*.

Cap. IX. *laterculo adstruxerunt.*] Omnes Codices *laterculo*, Scribo, *lateritio*, sc. *opere*. sic paullo infra, *lateritium diruerat*. Pro *adstruxerunt*, Leid. prior, *adstrinxerunt*.

Cap. XV. Sub tecto *miles, dextera ac sinistra, muro tectus, adversus* etc.] Abundare videtur vel *sub tecto* vel *tectus*; ego quo legi posset *tutus*. Caesarem vero magis referre videtur: *Sub tecto miles (dextera ac sinistra, muro adversus, pluteis objectis) operi quaecumque usui sunt, sine periculo subportat*.

Cap. XVII. *postea vero, quam Caesarem:* etc.] Lego: *postea vero quam Caesarem ad Massiliam distineri cognovit.* Sic l. Gall. IV. 37. postea vero quam *equitatus noster in conspe- re venit.* Cicero Famil. VI. 13. postea vero quam *magnam re habere coepi.* Idem XV. 1. postea vero quam *certissimis toribus—sum certior factus.* vide B. G. V. 32. B. Alex. c. 12.

Cap. XXXIV. *timore,* et *fuga.*] Forte: *sed praeoccupatus mus Attianorum militum timore* ex *fuga, et caede suorum, il de resistendo cogitabat.* Sic lib. III. 49. *odore tetro* ex mul- udine *cadaverum.* ubi vide Oudendorpium, qui citat *vulneri- ex proeliis* III. 106. et ibi in MSS duobus *et proeliis.* III. 18. *rbo ex frigore et labore.* ibi quoque MSS quatuor *et frigore.* de an vulgata defendi possit ex Gronov. ad Cicer. pro L. Ma- c. 9. *Hunc in illo timore et fuga Tigranes,* etc. Verius- men videtur *ex,* hoc loco.

Cap. XXXVII. *natura, et loci munitione.*] Mallem, *natu- loci, et munitione.* ut c. 31. *et* opere, *et* natura loci *muni- situs castra.* c. 35. *sed quum* loci natura *et* munitio *castro- rum aditum prohibebat.* Vide B. G. VII. 14. B. C. III. 9. B. lex. c. 61.

Cap. XLI. *aut* parentes *suos commendabant.*] Cur *paren-* s solum, quasi nulla *conjugum* et *liberorum,* et ceterarum *ne-* 269
*ssitudinum* subesset cura? Lego: *aut* absentes *suos commen-* (277)
*dabant.* hoc omnes comprehendit. *parentes* pro *cognatis,* est se- nioris aevi, non Caesariani.

Cap. XLII. *proximos colles capere universos, atque eo in- rri signa jubet.*] Haec aliter distinguenda puto: *unam, ut in iseris rebus, spem reliquam salutis esse arbitratus, proximos illes capere universos;* atque *eo inferri signa jubet. Atque* est verbium, *statim,* sine mora, *proximos colles capere univer- s,* idem est ac, *si universi caperent* (vel *capere possent*) *proxi- os colles.* Simile istud Livii VII. 35. *ergo* una *est* salus, erum- re *hinc atque abire.* et Lucani I. 496.

*velut* unica *rebus*
Spes *foret adflictis, patrios* excedere *muros.*

Ibid. *substitisse demonstratum est.*] Non alibi demonstra- um est equites substitisse *ad novissimum agmen, et, equorum reficiendorum causa:* tantum dicitur (c. 39.) *atque alii alio loco esistebant,* i. e. *subsistebant.* Aut igitur iste locus non est inte- ger; aut vox *demonstratum* referenda est ad *substitisse* solum; sed *ii, quos* (*ad novissimum agmen, equorum reficiendorum caus- a*) *substitisse demonstratum est,* etc. ut Caesar per hanc paren- thesin suppleat hic quod ibi omiserat.

Ibid. *fuga totius exercitus* procul animadversa] Hoc ma-

nifesto falsum est: exercitus enim *totus* Curionis non *fugiebat*; neque quidem potuit, undique circumventus: unde *milites* (the *foot-soldiers*) *ad unum omnes interficiuntur*, ut statim narrat. Lucanus quoque de hac re, IV. 749.

*Non timidi petiere fugam, non proelia fortes.*

Equites quidem *perpauci* (inter quos Asinius Pollio) ex CC, se recipiebant ex proelio; et *fugientes* nonnulli milites ab hostium equitatu interficiebantur: sed quid hoc ad fugam *totius* exercitus, xv cohortium? Lego: *sed ii, quos—substitisse demonstratum* (c. 39.) *est, fuga, totius exercitus* periculo animadverso, *sese incolumes in castra conferunt.* Sic B. Afric. c. 66. *qui fuga se receperant in castra.* vide et B. G. I. 11.

270 *De Bell. Civ.* lib. III.

Cap. VIII. custodiis*que diligentius* dispositis,—*in navibus* excubabat;] Codices omnes, uno excepto, legunt *excubans.* ex quo consensu probabile fit, praecedentia interpolata esse, et scribendum: *litoraque omnia longe lateque classibus* (Bibulus) *occupavit*, custodias*que diligentius* disposuit, *ipse gravissima hieme in navibus* excubans; *neque ullum laborem*, etc. Jam si mutes manuscri-
(278)ptorum lectionem *excubans* in *excubabat*, necesse erit uti mutes quoque *custodias disposuit* in *custodiis dispositis.* quod hic factum fuisse verisimile est. Mox, *si in Caesaris complexum*, etc. *Caesaris* ponitur pro *Caesarianorum*, ut c. 92. *Pompeius suis praedixerat, ut* Caesaris *impetum exciperent.* et ita alibi.

Cap. X. *bis in potestatem pervenisse Caesaris*, etc.] Merito quaerit Davisius, quomodo Caesari cum Vibullio colloquendi data sit facultas post *secundam* ejus dimissionem. Dubitat igitur, an non *tertium* captus sit Vibullius, quia Plutarchus in Pomp. p. 655. tradit, Caesarem, cum haec agebantur Ἰούβιον (sic corrupte vocat Vibullium) *ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΝ* ἔχειν σὺν ἑαυτῷ. Haec Vir doctissimus. Vibullium vero tertio fuisse captum nequaquam probabile videtur; non solum quia de ea re silet Caesar (quod tamen vix fecisset in re adeo notabili, et ad clementiae suae famam pertinente) sed etiam ex ratione historiae istorum temporum. nullum enim proelium, in quo capi potuit Vibullius, factum est ab eo tempore quo secunda vice dimissus erat, usque ad hoc tempus quo ad Pompeium mittebatur. Vibullius, post captivitatem Corfiniensem, in potestatem venit Caesaris in Hispania aestate A. U. C. 704. et dimissus est. Ab Hispania Massiliam profectus est Caesar. inde Placentiam, ad compescendum militum suorum tumultum. inde Romam. ibi moratus est usque ad mensem ejusdem anni Decembrem, quo pro-

:tus est Brundisium. inde mare trajecit, et statim Vibullium Pompeium misit. Nullus in his rebus Vibullio tertiae captiati locus. Videtur haec res ita habuisse: Caesar eum dimiin Hispania; sub hac tamen, uti videtur, exceptione (quae hil duri in se habuit) ut, quando commodum foret, opera ejus erettur ad Pompeium. et hoc innuere videtur ipse Caesar in ce *judicaverat:* quasi diceret, *isto tempore*, quo Vibullium se- 271
ndo cepit, *judicavit* eum ad hanc rem idoneum hominem fore. r totam istam aestatem Caesar rebus Urbanis occupatus, in lia detinebatur. ut primum licuit, Romam reliquit, et Vibulm videtur secum eduxisse, et, prima data occasione, ad mpeium amandasse. Quod vero Vibullium *αἰχμάλωτον* apllat Plutarchus, probabile est eum voluisse sensu *praeteriti* sum *operat*; non, *tunc captivum.*

Cap. XV. *omnia litora a Caesare tenebantur.*] Quomodo otest hoc esse verum, quum, paullo ante (c. 14.) Caesar Kano scripserit, *portus, litoraque omnia classibus adversariorum neri?* et c. 8. *litoraque omnia longe lateque classibus occupa-*, sc. Bibulus, Pompeianus. Lego igitur, *omnia a litore, Caeri tenebantur.* Portus et litora tenebat Bibulus: cetera omnia (279)
*litore*, Caesar: unde *omni terra earum regionum prohibebatur* ibulus. vide infra, hoc capite, et c. 17. 42. Mox, *ejus faculs*, pro *ejus rei*, ut B. G. VII. 1.

Cap. XXII. profectus, *ut dictitabat, ad Caesarem.*] Non ictitare potuit se *profectum*, sed *se profecturum.* Scribe ergo *ofecturus.*

Ibid. *quosdam ejus municipii.*] Pro his tribus vocibus Cod. rvan. habet *Cosam ejus:* Pal. et Dorvill. *constantius.* Forte: *ii, quum* Consentinos *sollicitaret.* Consentia erat metropolis ruttiorum, Thuriis conterminorum. unde forte est quod Vell. terculus II. 68. dicit Coelium oppressum fuisse *circa Thurios* n *in Thuriis.* Appianus Bell. Civ. lib. V. p. 1119, 1120. conagit *Thurios* et *Consentiam:* et ita Livius lib. XXV. 1. Hic t iste Coelius cujus Epistolae facetae, et ingeniosae ad Ciceonem, extant lib. VIII. Familiar.

Ibid. *Ita magnarum initia rerum, quae occupatione magiatuum* et temporum *sollicitam*, etc.] Transposita videntur ista *temporum.* lego: *Ita magnarum initia rerum* et temporum, *ae, occupatione magistratuum, sollicitam Italiam habebant*, etc. *empora* sunt *καιροὶ*, *occasiones.* unde *tempora rerum*, c. 61. cero Offic. I. 40. *Deinceps de ordine* rerum *et* temporum *op*rtunitate *dicendum est.* III. 24. *nisi forte eam pecuniam in rcip. agnum aliquod* tempus *contulerit.* Idem Epist. Fam. IV. 13. *vis mutatio omnium* rerum *atque* temporum. vide et IX. 16. et ali- 272
i passim. Livius IX. 18. *domini* rerum temporum*que trahunt*

gellantur a *Corcyra atque a* Candavia—*pabulum subportare.* nam *Candavia* erat sub Pompeio: vide c. 11, 79. meminit ejus Cicero ad Attic. III. 7. vide et doctiss. Wessel. ad Itiner. Hierosol. p. 607, 608. A *Corcyra atque* A *Candavia*, ut B. Gall. V. 32. AB *duce et* A *fortuna.* B. Civ. III. 42. AB *Asia atque* AB *omnibus regionibus.* Ita illic idem Leidensis.

Cap. LXXVIII. *si ab ora maritima* Corcyraque *discedere vellet.*] scil. Caesar. Sed per totum hoc bellum *Corcyra* erat Pompeii. etiam post pugnam Pharsalicam, Lucan. VIII. 87. Appian. p. 773. 786. Quomodo igitur potuit Caesar *discedere a Corcyra* quam nunquam tenuit? Codex Petav. et Leid. pr. habent *Coriciaque:* et ita fere Lovan. nisi quod repetit ultimam vocis praecedentis *maritima Macoriticque.* Vossianus habuit *Oriciaque.* Lege: *si ab ora maritima* Oriciaque *discedere nollet. Oricia* est regio circa Oricum. Stephanus: Ὡρικία, ἡ χώρα, καὶ ἡ γυνή. ubi vide doctissimos Berkelium et Holstenium. potuit etiam sumere adjective *ora Oricia*, ut *Oriciae terebinthi*, III Propert. V. 68. et Virgil. Aen. IX. Sed prius mallem. Supra c. 34. *deducta Orico legione, quam tuendae* orae maritimae *causa posuerat* Caesar. vide cap. 8. ubi itidem pro *Orici* quatuor optimi Codd. habent *Corici:* Leidensis prior *Corcyri.* Ceterum *ab ora maritima Oriciaque* idem est ac si dixisset *praesertim ab Oricia:* ut cap. 44. *Pompeius neque a mari* Dyrrachioque *discedere volebat.* Vide cl. Oudendorp. ad III. 9.

Cap. LXXIX. *de proelio ad Dyrrachium facto.*] Libri scripti non agnoscunt praepositionem *de.* Lego et distinguo: *simul a Pompeio litteris per omnes provincias civitatesque dimissis, proelio ad Dyrrachium facto, latius inflatiusque multo, quam res erat gesta; fama percrebuerat, pulsum* etc. *Proelio ad Dyrrachium facto*, est, *post proelium ad Dyrrachium*, ut cap. CII. *proelio in Thessalia facto.* Adi notam Oudendorpii, ubi videbis interpolatores aliter quoque hunc locum tentasse, substituendo *quibus* ante *proelio* etc. Scaliger videtur sumpsisse istud *de* ex cap. 80. *de proelio Dyrrachino.*

Cap. LXXXII. *de* praemiis *ac sacerdotiis* etc.] Dixi alibi, nisi fallor, legendum esse, *de* praeturis *ac sacerdotiis.* probatur ex hoc et sequenti capite: et clare ex Plutarch. in Pomp. p. 655. B. et Caesar. p. 728. B. Vocem hic ejectam restitue Horatio II Serm. vi. 55. ubi pro *Praedia* leg. *Praemia:* quae propria est de hac re vox. sed hic agitur de *honoribus*; nempe, *praeturis, sacerdotiis, consulatibus.* de *praemiis* belli mox.

Cap. LXXXV. *animadversum est, pgullo* [ante, extra quotidianam consuetudinem] *longius a vallo esse aciem Pompeii progressam.* Quatuor istae voces desunt in optimo Leidensi. et re-

a quid enim vult *paullo ante?* Conjunge: *animadversum est, nullo longius a vallo* etc.

Cap. LXXXVI. *ut saepe cogitavissent.*] Olim conjeci *flagitassent*, ex Lucano VII. 342. et multis aliis auctoritatibus. et ex, *ne suam oinque reliquorum opinionem fallerent;* ex Auctore Bell. Alex. c. 16. *ne suam atque omnium falleret opinionem.* ulgo hic legitur. *ne usu manuque reliquorum opinionem fallerent. Omnium reliquorum*, ut Bell. Alex. c. 8.

Cap. LXXXIX. *celeriter* ex tertia acie *singulas cohortes traxit.*] Fundamenti loco ponitur a Viris doctissimis, Caesari(283) r legiones in *tertia acie* fuisse hoc proelio. de qua re ne verum quidem apud Caesarem invenio, neque apud quemquam um scriptorem. Sed concesso hoc ita fuisse; quod secundo o sumitur, nempe, Caesarem detraxisse *sex* cohortes ex *ter*i *acie*, ut *quartam* aciem efficeret; neque de hoc *numero* verum unum apud *Ipsum* invenio. Immo, inquiunt, ita clare dixit infra c. 93. *quartae aciei, quam instituerat* SEX cohortium *numero, signum dedit.* Atqui omnes MSS et Editt. Vett. conuter et recte ibi habent EX *cohortium numero:* nisi quod unus at *et* pro *ex;* et duo exhibeant *ex cohortibus*, quod evidenter : ex Glossemate: nullus vero *sex.* Haec cum ita sint, nihilominus constat ex testimoniis veterum (Plutarchi, Frontini, et piani mox citandi) Caesarem de tertia acie detraxisse *sex* cortes. Viri igitur eruditi pro *singulas cohortes* legerunt *senas ohortes.* Mihi non videntur attigisse Caesaris scripturam, quam inor fuisse, *celeriter* SEX tertiae aciei *singulas cohortes dexit. Detraxit singulas*, id est, *singillatim*, ἓν καθ' ἕν, Hoii *unum et item unum*, non omnes simul, et ἀθρόως, ne Pomanis res innotesceret; sed unam primo, deinde alteram, et iquas deinceps, parvo temporis spatio interposito, ut tota res eriter tamen fieret. noluit enim Caesar adversarios suos scire e strategema: unde Plutarchus scribit eum fecisse hoc ἀφάνῶς, *occulte:* Appianus vero p. 779. dicit, τρισχιλίους εὐτολμοτους πεζοὺς ἐνήδρευσεν· immo ἐφήδρευσεν, *in subsidiis posuit a milia* (*i. e.* sex cohortes) *audacissimorum militum;* non, *in idiis.* Dextraxit *singulas*, ut Bell. Gall. VII. 47. *eos ipse rur*, singulos *exceptans*, in *murum extulit.* Hinc vero orta vitur hujus loci corruptela, quod cum *sex* mutatum fuerat in , pro *tertiae aciei* necessario interpolandum erat *tertia acie.* r mendum in hac voce sustuli ex Bell. Gall. VII. 49. *ut cortes* SEX *castris celeriter educeret:* ubi vulgo legitur EX *caris.* vide et aliud ejusdem fere generis notatum ad lib. I. cap 66.

Ibid. *ex tertia acie singulas cohortes detraxit.*] Nondum ssum dimittere hunc locum, quem, post Ciacconium, ita ex-

plicat D. Vossius: „*ex tertia acie* etc.] Expone, ex quaque le-
„gione tertiae aciei: nam cohortes detractae *sex* fuerunt, et te-
„tidem legiones in eadem acie.“ Davisio haec expositio *dura* videbatur, qui pro *singulas* maluit *senas*. Contra quem Clarkius hanc Vossii expositionem adeo perspicuam et naturalem ait, ut aliam in sententiam ne possint quidem accipi Caesaris verba. Mihi longe secus videtur, pro re certa habenti, homi-
277 nem Romanum non potuisse elicere hanc sententiam ex verbis
284) Caesaris, quoniam iis inest nihil quod *certum* aliquem *numerum* designat. nam *cohortes detraxit singulas*, est cohortes *aliquot* detraxit singulas: utrum vero eae *sex* sint, vel *decem*, vel *viginti*, non aliunde scias quam ex additis istis numeralibus. neque quidquam te juverint adjuncta, *ex tertia acie*: ex quibus verbis natus est error Cl. Clarkii. ita enim, ut ex sequentibus video, argumentatus est: tertia acies constitit ex *sex legionibus*. igitur *tertia acies* et *sex legiones* hoc loco idem est. ergo, qui cohortes *singulas* detrahit ex *tertia acie*, detrahit *singulas* ex *sex legionibus*. Hoc non sequitur: nam potest aliquis detrahere *singulas* cohortes, ex *duabus* tantum legionibus tertiae aciei, reliquis *quatuor* intactis; et nihilominus recte dicetur ille detraxisse *singulas cohortes ex tertia acie*. Non idem igitur est *detrahere singulas cohortes ex tertia acie*, et, *detrahere singulas cohortes ex sex legionibus*, licet *tertia acies* ex *sex legionibus* constiterit: quod tamen ita fuisse in hoc proelio, nondum inveni.

Cap. XCIII. sex *cohortium numero*.] Recte MSS et vett. editt. *ex*. sic c. 101. *ex numero aegrorum*, id est, *aegri*. cap. 59. *ex equitum numero*, i. e. *equites*. Lib. I. 77. *ex numero tribunorum militum*. Lib. II. 7. *ex eo numero navium*, i. e. *ex iis navibus*. Corn. Nepos Dion. c. 9. *suorum e numero*.

Cap. XCIV. *ab iisdem* acies *Pompeiana a sinistra parte* erat *circumita, atque initium fugae factum*.] Verbum *erat* merito suspectum fuit Ursino, Grutero, Clarkio, et Oudendorpio. Sed gravius aliquid suberat. *iisdem* enim hoc loco clare ad *Caesarianos* pertinet. atqui *ab iisdem initium fugae factum*, est, *iidem primi fugiebant* vel *fugere incipiebant*: quod falsum est, et contra mentem Caesaris; nam Pompeiani *fugiebant*, non Caesariani. Hoc quoque loco *atque* est adverbium, *statim*. quo percepto, facile fuit interpolationem et caussam ejus videre. Lego: *ab iisdem* acie *Pompeiana a sinistra parte circumita, atque initium fugae factum*: scil. a Pompeianis *factum* est: Pompeiani *statim* vel *continuo* fugere incipiebant. Bell. Gall. I. 18. *reperiebat*—initium *ejus* fugae a Dumnorige *atque ejus* (non male *eduis*, i. e. *Aeduis*) *equitibus* factum esse: id est, *Dumnorigem primum fu-*
278 *gisse*, primum fuisse qui fugeret. Supra, hoc libro, c. 69. *Equitatus Caesaris,—receptui suo timens*, initium fugae faciebat:

c. primus fugiebat. Infra, c. 96. *ut a quo genere hominum toriam sperasset*, ab eo initio fugae facto, *paene proditus vi-etur*. Cicero Philippic. V. 7. *caedis initium fecisset a me*: *i.* ego primus caesus fuissem. Sed longe diversum fuisset, si isset, *caedis initium factum fuisset a me*. hoc enim foret, *ego* (285) *imus caedere coepissem*; ego auctor caedis fuissem. in priore *a me* fuisset *ἀπ' ἐμοῦ*, *numerando*: in secundo, *a me* fuisset *ἀπ' ἐμοῦ*, *agendo*. In hoc loco Caesaris, corruptores putabant *me* esse conjunctionem, et ideo *τὸ factum est* necessario po-re verbum quod praecederet: inde *erat atque factum est*. et quod, jam ex eadem necessitate *acie* mutandum erat in *ies*, ut staret constructio.

Cap. XCVI. *cui* semper *omnia* etc.] Sui oblitus est Caesar, ita scripsit. nam supra c. 49. *At Caesaris exercitus optima letudine, summaque* aquae copia *utebatur; tum* commeatus mi genere, *praeter frumentum*, abundabat. Non igitur *cui* MPER, sed *cui* [a]) SAEPE *omnia* etc. Sic c. 86. pro SAEPE co-*uissent* (vel *flagitavissent*) optimus Leidens. perperam habet MPER.

Cap. XCVIII. *neu quid* sui *desiderarent*.] Lege: *neu quid* ui *desiderarent*. Sic B. G. IV. 29. *omnia deerant quae ad re-iendas eas* (naves) usui *sunt*. vide et B. Civ. II. 15. 35. Taci-Hist. III. 20. *lixas Bedriacum mittit, copias, ceteraque* usui *laturos*. Livius XXXI. 42. *maxime* usui *fuit Aminander*. Ita *ua sacrificatui*, et *vinum potatui* Apuleius Met. VII. p. 139. ma locutio fuisset, *neu desiderarent aliquid quod iis usui esset*.

Cap. XCIX. *multi praeterea in finitimas civitates refugerunt*.] uid hoc ad rem? agit enim de numero *deditorum*, non de iis i *fugerunt*. Lego et distinguo: *sed in deditionem venerunt am-ius milia* XXIV, (*namque etiam cohortes quae praesidio in ca-dis fuerunt, sese Sullae dediderunt*) *multi praeterea* qui *in fi-imas civitates refugerunt*: *signaque militaria* etc.

Cap. CI. *Iisdem fere temporibus Cassius* etc.] Caesar hoc co vix omisisset praenomen, *C. Cassius*: ut cap. V. excidere tuit ob sequentem literam *C*.

Cap. CXI. *auxilio* L *missae*.] Appianus p. 773. dicit LX, *ἑξήκοντα*. Reponenda forte Caesari nota numeralis X.

Cap. CXII. *a superioribus regionibus*.] Accedo iis qui le-279 int *regibus*. Justinus II. 1. *Aegyptum autem quae tot* regum, *t seculorum cura impensaque munita sit,—non posse videri ho-inum* (an *omnium*) *vetustate ultimam, quae sive exaggerationi-is* regum, *sive Nili trahentis limum, terrarum recentissima vi-atur*. *Superioribus regibus* ut *superioribus imperatoribus* pas-

a) Probante Schradero Emend. p. 14.

*tius.* Si Latini per se castris exuerunt *eos*, i. e. *Volsc*
*quosque*, quodnam opus erat ut Consul a Roma mitte
*Volscos*? vel, si in *Volscos*, cur non et in *Aequos* etia
*Aequos*, scriptum erat, opinor, *ecos*, more ponendi c
ut in **cocus** et *coquus*, *locutus* et *loquutus* etc. ex *ecos*
videtur *eos*. Posthac autem verius legetur, credo, **Ac**
*se ipsi Latini—castris exuerint. missus tamen ab Roma*
*in* **Volscos** *C. Nautius.* Rationem politicam reddit **Liv**
Consul mitteretur in Volscos: *Mos, credo, non placeb*
*Romano duce exercituque socios propriis viribus consiliis*
*gerere.*

Addam pauca solummodo: In titulo hujus opusc
Scaliger, *Non aliunde dissidia in religione dependent,*
*ignoratione Grammaticae.* Hoc paradoxon exemplo
forte illustrari potest. Notum est omnibus, quanta di
religione excitaverint pauca verba in Act. Apostol. ca
comm. 48. *καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν*
quae vetus interpres ita vertit: *et crediderunt quotqu*
280 *praecordinati* (Beza, *ordinati*) *ad vitam aeternam.* Nostra
*and as many as were ordained to eternal life, believe*
sensus in Partes jamdudum adsumtus fuit; ut non solu
nes singuli, sed et totae sectae, immo et populi, ho
mordicus teneant.. Et tamen sunt, qui ex ignoratione G
ticae, quatenus Grammatica circa verborum diversos sen
satur, hanc interpretationem, hoc saltem loco, primit
potuisse existimant. nam *πιστεύω* significat non solum *cr*
etiam *fidem profiteor.* ita Simon Magus Act. VIII. 13. *ἐ*

rum et Judaïcae πολιτείας fine intelligenda est,) *is nearer us, than* it was *when we* first *made profession of our fait.* In nostra versione haec ultima difficilia sunt intellectu: *for now is our salvation nearer than when we believed.* Ita hoc in loco, ne plura adducam exempla, quae in N. T. multa sunt, et plura forte quam vulgo putatur, ἐπίστευσαν (τὰ ἔθνη) εἰς ζωὴν αἰώνιον, *gentes* (i. e. *Gentiles, Ethnici*) *fidem suam professae sunt in vitam aeternam*, vel *in vita aeterna:* id est, *declaraverunt* πιστεύομεν εἰς ζωὴν αἰώνιον, *credimus in vitam aeternam:* cujus rei professio necessarius est articulus fidei Christianae, et semper erat: et ita in symbolo apostolico nunc habetur. *Vita* autem ista *aeterna* in quam Ethnici profitebantur fidem suam ver. 48, est eadem *vita aeterna* quam Judaei rejecerant versu 46, cum quo connecti debet hic versus 48: ἐπειδὴ δὲ—οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς ΑΙΩΝΙΟΥ ΖΩΗΣ, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς ΤΑ ΕΘΝΗ—ἀκούοντα δὲ ΤΑ ΕΘΝΗ, ἥχαιρον, καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· καὶ ἐπίστευσαν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, εἰς ΖΩΗΝ ΑΙΩΝΙΟΝ. Tota difficultas hujus loci ortum videtur habuisse ex omissis distinctionibus, et ex male intellectis locutionibus ἐπίστευσαν et ἦσαν τεταγμένοι, quibus erroribus robur adjecit auctoritas veteris interpretis, *et crediderunt quotquot erant praeordinati ad vitam aeternam.* Sed ἐπίστευσαν hoc loco significare potest *fidem professi sunt*, et ἦσαν τεταγμένοι, *constituerant:* ut Act. XX. 13. 281
οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος. quod ipse Beza vertit, *sic enim constituerat:* Vet. Interpr. *disposuerat:* Nostri, *for so had he appointed.* nulla vero est differentia inter ἦν τεταγμένος et ἦν διατεταγμένος, nisi quod hoc ultimum significare potest *firmiter* vel *pro certo constituerat*, ex vi praepositionis διά. Frequentissime autem participium praeteriti passivi, vel ipsum praeteritum, activam habet significationem: ut ἦσαν πεποιημένοι ἀγῶνα, *contendissent*, Demosth. De Coron. p. m. 112. ed. Oxon. ὑμᾶς ὑπάρχειν ἐγνωσμένους, *vos jam judicavisse*, p. 125. συλλελογισμένον ὀρθῶς, *recte reputantem*, p. 98. ἦν βεβουλευμένος, *deliberaverat*, Dio Chrysostomus Troïc. p. m. 156. καταδεδούλωται, *subjugavit*, Euripides Iphigen. in Aulid. ver. 1269. παρεισδέδεγμαι, *ad me recepi*, Sophocles Trachin. 546. ἤμεν πεπυσμένοι *audiveramus*, vel *audivimus*, Aeschyl. Agamemn. 1106. Exempla inveneris in quibusvis scriptoribus Atticis, quos imitari amat Lucas, ut cum dicit λούσαντες pro λούσασαι, Act. IX. 37. *foeminarum* enim erat, non *virorum*, foeminas *mortuas* lavare; et 288
Luc. VII. 4. παρέξει (pro παρέξῃ) quemadmodum Attici scribunt secundam personam fut. medii: idem quod παρέξεις· et βούλει pro βούλῃ cap. XXII. 42. Ita hoc loco, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, *quotquot constituerant*, scil. cum Paulo et Barnaba. (ut τεξάμενοι ἡμέραν, *cum constituissent diem*, Act. XXVIII. 23.) per quod

vult historicus, nonnullos ex gentibus *tempus constituisse* cum Paulo et Barnaba, in quo professionem facerent fidei suae in Articulo *vitae aeternae:* et ita fecisse. *καὶ ἐπίστευσαν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, εἰς ζωὴν αἰώνιον· et fidem professi sunt, quotquot constituerant, in vitam aeternam. But the Gentiles, hearing this, rejoiced, and glorified the word of the Lord* (nempe, prophetiam istam Esaiae XLIX. 6. de *gentibus*, citatam a Paulo et Barnaba, versu 47.); *and professed their belief, as many* of them *as had appointed, in eternal life.* Si malis in parenthesi ponere verba ista, *ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι*, parum refert, modo conjungas *ἐπίστευσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον*, non *τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.*

Verti *ἦσαν τεταγμένοι constituerant*, in plusquam perfecto. quam significationem haec verba habere posse, ex citatis paullo ante exemplis licet intelligere. eandem saepe habet et aoristus
282 I, in optimis scriptoribus, et in Evangeliis, sic Matt. XXVIII. 17. *οἱ δὲ ἐδίστασαν· quidam autem* °) *dubitaverant* (*Thomam* intelligit), non *dubitaverunt*, sicut vertitur: quod isto tempore, quo hoc narratur, falsum esset. Et ex hac significatione Aoristi, corrigi potest error alius, magni momenti, in versionibus et interpretatione Actor. Apost. IX. 35. ubi *οἵτινες ἐπέστρεψαν* vertitur *qui conversi sunt*, pro, *qui* (vel *quicumque*) *converterant se*, i. e. *conversi fuerant.* Constructio enim vera istius loci est, *καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες Λύδδαν καὶ τὸν Σάρωνα, οἵ τινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον, εἶδον αὐτόν· et omnes qui incolebant Lyddam et Sarona, qui conversi* fuerant *ad Dominum, videbant illum.* per quam rem, fides eorum magnopere confirmabatur. Longe diversa res esset, si scriptum fuisset, *ΚΑΙ ἐπέστρεψαν*, quod versio Anglicana exprimit, AND *turned to the Lord.* Hoc sane multo majus fuisset miraculum quam istud quod in claudo sanando ediderat Petrus, si *omnes* incolae (vel *maxima pars*, cum Hammondo) *Urbis* (Lyddae) et *tractus terrae* (Saronis) ad fidem Christianam conversi fuissent intuitu *unius* miraculi. nam modica computatione, quam ex Josephi loco in-
(289) stituere possumus, hoc pacto numerus conversorum ex hoc miraculo ascendisset ad *quindecim millia*, ad minimum: cum revera, ne de *uno* quidem novo proselyto facta ibi sit mentio. Primae conversiones Judaeorum et Gentilium non procedebant isto impetuoso modo; cum *donum Linguarum*, omnium, post resurrectionem Domini nostri, longe illustrissimum et latissime patens miraculum, non nisi *tria millia* hominum ad fidem converteret.

°) Tempus Plusquam Perfectum hic nullum locum habet. De versu Matthaei confer Valckenaerium Adnot. Critic. p. 350.

Atque haec possent sufficere. scio enim eum, qui his rebus immiscet, inde nihil fere, praeter obloquium, et convicia dissentientium, reportare: adeo aegre homines patiuntur *veteres* a- *se sibi de pulmone revelli.* Nihilominus, quoniam additionem quam, loco omissorum, supra innui, conabor [p]) explicare cum Actor. Apostol. adhuc, uti videtur, minus intellectum est cap. XXIII. 9. ubi in synedrio, ex Sadducaeis et Phariis constante, Paulus orationem habens, artificiose fatetur se se Pharisaeum: quo facto, Scribae qui erant ex partibus Phaeorum, se statim ei adjungebant, dicentes, *Οὐδὲν κακὸν εὑ-* *ομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ* 283 *γελος, μὴ θεομαχῶμεν. nihil mali invenimus in homine isto: od si spiritus locutus est ei, aut angelus, ne repugnemus Deo.* ntextum pono sicut jacet in omnibus, opinor, impressis explaribus, et sicut ab omnibus nunc legitur. Et primum, mi- subit disjunctionem istam, *πνεῦμα Ἢ ἄγγελος, spiritus* AUT *gelus;* quasi omnes *angeli* non essent *spiritus.* certe nullos nisi *ritus* agnovit Auctor ad Hebraeos Cap. I. 14. de *angelis* lo- ans: *Οὐχὶ ΠΑΝΤΕΣ εἰσὶ λειτουργικὰ ΠΝΕΥΜΑΤΑ,* etc.; nne omnes (angeli) *sunt ministratores* SPIRITUS etc.? Vel, si *seu, pro explicativo* sumatur, ut sit, *spiritus, id est, ange-* *s;* obstat minime necessaria ejusdem rei *repetitio*: et, quod ximum est, prava subjecti divisio in *angelos* et *angelos.* Or- s videtur hic primus error ex non considerata (etiam antiquis, antum reperire possum) vocis *πνεῦμα* significatione. nam *πνεῦ-* hoc loco, et saepe in Luca, est absolute, *spiritus malus.* p. IX. 39. *καὶ ἰδοὺ, ΠΝΕΥΜΑ λαμβάνει αὐτόν·* quod mox r. 42. appellatur *δαιμόνιον.* Bursus XXIV. 39. quod ille ibi cat absolute *πνεῦμα*, ab Ignatio (Epist. ad Smyrn. p. m. 22.) i citat istum locum, appellatur *δαιμόνιον*, quod sensu malo N. T. semper accipitur, et quod mihi primum praeivit ad ntem hujus loci Actorum, et significationem vocis *πνεῦμα* in- niendam. Sic X. 20. *Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ ΠΝΕΥ-* *ΜΑΤΑ ὑμῖν ὑποτάσσεται·* haec eadem *πνεύματα* vocantur *δαι-* (290) *νια* paullo ante, ver. 17. Exempla multo plura dari possunt S. S. praecipue ex Luca in Evangelio, et Actis Apostolorum: d brevitati hic consulitur, et in sequenti, ubi vix opus est ut obetur *ἄγγελον* absolute esse *bonum spiritum.* Mat. IV. 11. *καὶ ἰδοὺ, ΑΓΓΕΛΟΙ προσῆλθον αὐτῷ·* quod est, *οἱ ΑΓΓΕΛΟΙ ηκόνουν αὐτῷ*, Marc. I. 13. Nemo potest dubitare quin hi erint *boni spiritus.* vide Joan. V. 4. Act. VI. 15. et ita in mul- aliis N. T. locis. Cui autem bono est hoc loco quaerere coa-

p) Hanc Marklandi explicationem refutat Valckenaerius libro citato 401. seqq.

ctus vocis πνεῦμα significationes (*Angelum*, cum statim sequatur *Angelus*; *inspirationem*, *Spiritum Sanctum*, *animam humanam* a corpore separatam) cum ad manum sit unice vera ex ipso Luca, et necessaria ex argumenti divisione?

Ex vocibus πνεῦμα et ἄγγελος explicatis, intelliguntur eaedem voces comm. 8°. (seu potius ex 8° intelligitur nonum) Σαδ-
284 δουκαῖοι μὲν γὰρ etc. *Sadducaei enim dicunt non esse Resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum*, (μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα, i. e. neque *bonum*, neque *malum* spiritum) *Pharisaei autem utrumque* (vel *utraque*) *confitentur*. Ubi *duae* species, *boni et mali* Spiritus, poni videntur pro Spiritibus *in genere*: unde *duae* res enumerantur pro *una*: Pharisaei *utrumque* confitentur: id est, *Resurrectionem* et *Spiritus*. Sed quia spiritus *duarum* specierum sunt; ideo *boni* et *mali*, ἄγγελοι et πνεύματα, prō *uno* genere vel praedicato, *spiritibus*, poni possunt. Ita *caelum et terra* pro *mundus*, Genes. I. et frequenter in Sacris Scripturis: secundum quod dici potest, „Deus creavit *Hominem*, „et *caelum et terram*; et servator est *utriusque*." Ubi quamquam *tria* sunt nominata, *duo* tamen sola, σχήματι διανοίας, intelliguntur, *Homo* et *Mundus*. Veruntamen, si malis ἀμφότερα ad *tria* referri, Chrysostomus ait, Πῶς οὖν λέγει ΑΜΦΟΤΕΡΑ; ἢ ὅτι πνεῦμα καὶ ἄγγελος ΕΝ ἐστιν; etc. Hinc suspicor Chrysostomum non intellexisse quid esset πνεῦμα hoc loco, dicentem πνεῦμα et ἄγγελον *unum* vel *idem* esse, cum lux et tenebrae non sint sibi magis opposita: nisi voluerit ἓν ea notione quam modo memoravi, pro *una* re, opposita *duabus*: ita ut ἀνάστασις sit *una* res, ἄγγελος et πνεῦμα non nisi *una*, duae species pro uno genere. Pergit Chrysostomus: ἢ ὅτι οὐ μόνον ἡ λέξις περὶ ΔΥΟ, ἀλλὰ καὶ περὶ ΤΡΙΩΝ λαμβάνεται. Paria fere Oecumenius. Hujus rei, nempe vocis ἀμφότερα *tria* notantis, clarum est exemplum in Phalaride (antiquo utcumque scriptore) Epist. XVIII. ad Uxorem: περὶ δὲ τοῦ παιδὸς (οἶδά σοι χάριν)
(291) ὅτι σὺ ΑΜΦΟΤΕΡΑ, καὶ ΜΗΤΗΡ αὐτοῦ, καὶ ΤΡΟΦΟΣ, καὶ ΠΑΤΗΡ ἐγένου· *filii vero caussa* (habeo tibi gratiam) *quod tu* UTRUMQUE, *et* MATER *illius*, *et* NUTRIX, *et* PATER *fueris*. Hic ἀμφότερα perspicue de *tribus* dicitur. Utcumque sumatur haec vox, sive de rebus *duabus* (quod verius puto) *Resurrectione* et *Spiritibus*; sive de *tribus*, Ἀναστάσεως, Ἀγγέλων, et Πνευμάτων (quod aliis forte verius videbitur), certum est neque negari potest, ἄγγελον hic esse *bonum spiritum*, πνεῦμα *malum*.

Cognito Sadducaeorum et Pharisaeorum dogmate de hac re, facile jam intelligitur locus D. Joannis XII. 28. ubi postquam Servator noster precatus esset Deum, ut *nomen suum glorificaret*; venit e caelo vox, *Et glorificavi, et rursus glorificabo*.
285 Hanc vocem articulatam fuisse, et ab omnibus auditam et intel-

tam constat ex narratione Evangelistae, et ex iis quae dicit
is ver. 30. Pars vero turbae adstantis (*Sadducaei*), quae ne-
bat Spirituum interventu aliquid effectum esse, dicebat, *teni-
s esse factum*. Satis impudenter. *Alii* (nempe, *Pharisaei*) *di-
bant, Angelus ei locutus est*. Utraque pars secundum dogmata
a. Locum Joannis jam relegas, et videbis ibi *Sadducaeos* et
*isaeos*, ubi nunc subticentur.

Sed redeo ad locum primo citatum: in quo, licet verba
νεῦμα et ἄγγελος) explicata sint, in re tamen et sententia ma-
t maxima omnium difficultas, et cujus praecipue caussa hoc
gotium susceptum est: *εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος,
μὴ θεομαχῶμεν quod si spiritus malus locutus est ei, aut ange-
s* (spiritus bonus), *ne repugnemus Deo*. Quid ais? eodemne
dine et jure sunt *spiritus malus* et *bonus*? num *repugnamus
o*, si obsistimus homini agenti per impulsum *spiritus mali*,
u *Daemonii*? Si quis, cui *πνεῦμα* (*malus spiritus*) *ἐλάλησε*, re-
m suum aut magistratus ferro petere, patriam hostibus pro-
re, parentes vel liberos suos trucidare, aut religionem legibus
abilitam subvertere conetur; an *θεομαχοῦμεν* quando *tali* re-
ignamus, et ad poenam deposcimus? Hoc nimis absurdum est:
tamen ex his necesse est ut ita fiat; neque eludi potest. si
im haec verborum constructio et sententia obtineat, aeque
ὁμαχος erimus si repugnemus *cuivis* spiritui, sive ἄγγελος sit
e *πνεῦμα*, sive a Deo veniat seu a Diabolo. Ecce quantum
ciat una parva distinctio, quam, si Novi Testamenti editor es-
m, sine scrupulo ponerem hoc loco: *εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν
ὐτῷ· ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν*. Notissima est figura Aposio-
sis, quando quis partem tantum sententiae profert, ceteram
nittit, auditori vel lectori relinquens ex sensu et circumstan-
s supplendam. velut hic suppleri potest, post *αὐτῷ*, vel *τα-* (292)
ὺς φανερωθήσεται, *brevi apparebit*, vel, *ἡ βουλὴ καὶ τὸ ἔργον
οῦτο καταλυθήσεται, consilium et opus hoc dissolvetur*: vel tale
liquid. Scribae enim nihil hic definiunt, sed, ut in re nota, in-
unt solum, et cetera synedrio supplenda linquunt.

Haec figura vulgatissima est, et a viris doctis saepe illu-
rata: pauca itaque solum exempla ejus, ut in re bene nota, po-
am. Primum erit ex hoc ipso scriptore, Luc. XIII. 9. de ficu 286
rbore fructum non ferente: *κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ μή γε,
ἐς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν*. Nostra versio: *And if it bear
ruit*, WELL: *and if not*, etc. non male supplens. potuit quoque
upplevisse, LET IT STAND. *Εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν*, verti
ebuit, *the next year* (vel, *against the next year*) *thou shalt cut
down*. ἔτος enim intelligitur (vide comm. 8.) ut apud Jose-
hum Antiq. Jud. I. 11: sect. 2. ed. Huds. de Angelis quos Abra-
ma hospitio excepit: *ἤξιον ἔφασαν ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΛΛΟΝ, καὶ*

[illegible] αὐτὴν (Σάῤῥαν) ἤδη μητέρα γεγενημένην. Ubi εἰς τὸ [illegible] male vertitur *aliquanto post*. quod vitium correxisse potuit interpres, si illi in mentem venisset historia hujus rei quae [illegible] Genes. XVIII. et respicitur Rom. IX. 9. Apud Plutarch. [illegible] p. 714. A. κατέστησεν ὕπατον ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΛΛΟΝ, recte vertitur, *in proximum annum consulem creavit*. (et ita in Pompeio p. 644. E.) Sed hoc obiter. redeo ad ellipsin, seu aposiopesin. Xenophon Cyropaed. VIII. p. 287. E. in Oratione Cyri [illegible]: Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω οἵους χρὴ πρὸς [illegible] εἶναι· εἰ δὲ μὴ, etc. *Itaque si ego satis vos doceo quales vosmet erga vos gerere debeatis* [recte est:] *sin autem*, etc. [illegible] et supplet interpres Leunclavius. potuit quoque, *facite dicat ego vobis praecipio*, post *debeatis*. Hunc Xenophontis locum non recte cepit Vigerus Idiotism. c. VIII. sect. vi. reg. iv. [illegible]. Idem Xenophon Memorabil. lib. III. p. 762. C. [illegible]itur. Genesis XXIV. 49. ex Versione LXX: Εἰ οὖν [illegible] ἐμεῖς ἔλεος καὶ δικαιοσύνην πρὸς τὸν κύριόν μου· εἰ δὲ [illegible] supple, εὖ ἔχει, vel tale quidpiam post κύριόν μου. Exempla hujus generis sunt ad manum ex Homero, Platone, Thucydide, Theophrasto, Aristophane, Polybio, Luciano, etc. Fuse de eo Casaubonus ad Athenaeum V. 2. p. 332. 333. Eodem modo et Latini. Cicero ad Attic. VII. 23. *De me autem ipso, tibi assentior, ne me dem incertae et periculosae fugae, cum reipub. nihil prosim, nihil Pompeio; pro quo emori cum pie possim, tum libenter. manebo igitur: etsi vivere. Quod quaeris, hic quid agatur* etc. Post *vivere* suppleri debet. Columella De R. R. XII.
(293) 7. de herbis quibusdam postquam condiantur: *deinde si tantum remiserint humoris, ut suo sibi jure* (i. e. succo) *ablui possint: si minus, superfusa dura muria lavantur*. Post *possint* intellige, *bene habet*.

287 Adeo autem frequentis usus est haec figura, ut mirum videri possit neque veteres neque recentiores interpretes eam hic perspexisse. Sed, si verum volumus, illos latuit hoc loco significatio vocis πνεῦμα *malus spiritus*; qua significatione incognita, non potuerunt hunc locum magis intelligere, quam ignorata ista aposiopesi: utrumque enim *simul*, prorsus necessarium erat ad mentem auctoris percipiendam. percepta autem significatione vocis πνεῦμα pro *malo spiritu*, facilis transitus erat ad rectam distinctionem, nempe, ut vitaretur absurditas quae vitari non potuit nisi ita distinguendo. Versio autem Anglica, verborum ordinem turbando etiam, reddidit haec plane non intelligibilia, et sine remedio reliquit. Posthac autem omnia constabunt, si distinguas et vertas, *But if an evil spirit hath spoken to him: or if an angel* (good spirit), *let us not oppose God*. Suppleri potest, *But if an evil spirit hath spoken to him, That will soon appear:*

, *His attempt will come to nought*: vel alio quolibet simili
do, qui sensui convenit: quales modi plurimi sunt, omnes
rti. Dilemma vero satis clarum est, et aliquatenus simile
Gamalielis Actor. V. 38. 39. qui locus et ipse indiget ex-
natione: sed ea non est hujus temporis.

Summa eorum quae dicta sunt, est haec: Vox πνεῦμα in
natibus 8° et 9°, *necessario* significat *spiritum malum*, δαι-
νον, eadem ratione qua ἄγγελος est *spiritus bonus*, cui op-
itur. neque aliud quidquam significare *potest* hoc loco πνεῦ-
nisi D. Lucas adeo imperitus et male ab eruditione humana,
a Spiritu Sancto instructus fuit, ut divisionem institueret
ie rem dividendam totam non comprehenderet et exhauriret.
ta autem divisio in *malos* et *bonos*, in δαιμόνια seu πνεύμα-
, et ἀγγέλους, hoc loco necessaria est, quia Pharisaei credi-
it existentiam malorum aeque ac bonorum Spirituum, quod
re docet Matthaeus IX. 34. et Lucas hic narrat comm. 8°, ut
orem praeparet hac praefatione ad id quod narraturus est
um. nono. Jam vero hoc, *Si malus spiritus locutus est ei, aut*
*elus, ne repugnemus Deo*, ut nunc distinguitur, sententiam
ntinet absurdam, neque sensui hominum consentaneam, neque
pinatibus Pharisaeorum, Joan. X. 20. sed neque doctrinae
ristianorum, Epist. Jacob. IV. 7. (*resistite Diabolo*): neque 288
xi Servatoris nostri (Matt. IV. 1—11.), qui spiritui malo re-
pugnabat, licet sciret illum permissione Dei locutum esse sibi, (294)
tentationes admovisse Haec omnia incommoda vitantur una,
(ut mihi videtur) unica distinctione seu figura usitatissima,
sine unius literae mutatione, *εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ· ἢ*
*ελος, μὴ θεομαχῶμεν. Si vero malus spiritus locutus est ei*
ppleri potest, ut supra): *aut* si *angelus, ne repugnemus Deo.*
ne ut in eodem scriptore, Luc. XIII. 9.

Haec, quando audiebantur, facile intelligebantur a praesen-
ns, ex loquentis gestu, vel abrupta vocis continuatione: sed
ipto commissa, obscuriora fiunt, quia silentium vel gestus
n solent signis exprimi. Linea quidem tali——nos nonnun-
am utimur ad abruptionem significandam. sed ea incognita,
antum scio, erat veteribus. Si ea uti liceret, statim appa-
ret quod difficile est hoc loco: *εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ——*
*ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.*

# EPISTOLAE MARKLANDI AD D'ORVILLIUM

## EX AUTOGRAPHIS DESCRIPTAE.

Your civility to me at Amsterdam encourages me to ask a farther favour of you. You were mentioning a MS. Propertius which you have; if I do not ask a thing that is unreasonable or inconvenient to you, I should be very glad to have the collation of it, which I would take myself, if you durst trust it with me here; or if not, wherever else you think proper. You seemed to think that it is of no great value: it is possible it may be very modern, and yet taken from a good copy; such a one is Dr. Mead's, the collation of which my friend Mr. Wasse gave me; which, though it be of a very modern date, yet there are some things in it which I have not seen observed in any other MSS. For instance; in that passage, I. 3. vers. ult.

*Illa fuit lacrimis ultima* cura *meis*:

You know Heinsius conjectured *ultima meta*; the MS. has *ultima metu*; which plainly confirms Heinsius's emendation. So again II. 1.

*Non haec Calliope, non haec mihi* cantat *Apollo.*

I had long ago conjectured, *non haec mihi* dictat *Apollo*, and had determined (perhaps too boldly) to put it into my text; remembering that other passage of Propertius,

*Tum mihi pauca suo de carmine* dictat *Apollo*;

and that of Horace,

*Fronde caput vincti cenant* (l. *certant*) *et carmina* dictant;

and many others where the same phrase is used. It was a great pleasure to me to find my conjecture established by this MS. which has plainly *dictat Apollo*. Once more: in the same Elegy, v. 5.

*Sive* togis *illam fulgentem incedere* Cois:

You know what a great variety of readings there is in the MSS.;

. Mead's has, (if I remember right, for I have not the
n here,)

*Sive illam* Cois *fulgentem incedere* togis,

the margin *tectis:* which easily leads to the true reading,

*Sive illam Cois fulgentem incedere* textis.

, you know, are *vestes.* *Nocturno relegens* texta *diurna*(296)
as he says in another place, and so do other authors,
testimonies I have observed in my margin: in another
IV. 5. he uses the word *textura*, speaking of the same

*Eurypylique placet* Coae textura *Minervae.*

'ardon the liberty I take in being thus impertinent: but I
n these places to shew my opinion, that modern MSS. of-
lp us out where more ancient ones leave us in the dark.
nis reason I shall take it as a singular favour, if you will
fit to let me have the use of it here: if not, I shall be far
aking it ill that you deny me it. In hopes of seeing you
at the Hague, I am, Sir,

Your most obedient humble Servant,

gue, Aug. 1, 1732. JER. MARKLAND.

---

*uditissimo et Humanissimo Viro J. P. Dorvillio*
*S. D. Jer. Marklandus.*

Remitto tibi, Vir praestantissime, Codicem tuum Propertii,
usuram tam libenter et humaniter mihi indulseras. Quam
mihi fuit, ostendet exemplar meum, quod una cum eo
, his proximis diebus Hagae comparatum; vitiosissimum
m illud, sed cujus margini, ut fit, conjecturas meas, et
cationes aliquot otiosus, et propemodum sine libris adleve-
Duo alia exemplaria habeo, in quorum oris probationes
cturarum et explicationes singulorum fere versuum adno-
Utinam haec ad manus fuissent! multo plura et potiora
nisissem. Nunc (quoniam melitissimo nostro poeta te de-
ri innuis) stricturas has fidei tuae committo: enixe a te pe-
ut cum nemine communices haec ossa carnibus suis nuda;
ut tuo tempore et commodo, in Angliam mihi remittas hoc
plar, quoniam annotationes quae inibi sunt, non alibi tran-
tas habeo: quas tamen ut in Propertium tuum transferas,
et, et si tanti putes, juris tui facio.

Da Marginalibus Tuis Docti Observationibus quod scribis, gratias tibi ago. Aequum tamen puto ut rem tuo judicio permittam, quippe cum totus iste exscribendi labor tuus futurus sit. Si igitur tanti tibi videbuntur Observationes istae, mihi (297) quoque certe videbuntur, et gratum mihi feceris si eas mihi transmiseris: sin minus, et tempori et labori tuo consulas.

Conjecturam tuam Lib. III. El. XVII.

*Tondens purpureas, regna paterna, comam,*

libenter vidi. Certissimam emendationem appellassem, nisi diu fuisset quod eam in margine meo (si qua fides) habeo. Graeci quidem dicerent, *κείρειν τὴν βασίλειαν τοῦ πατρὸς αὐτῇ τῇ κόμῃ*, pro *σὺν αὐτῇ τῇ κόμῃ*: nec dubito quin Propertius (qui Graecis est poëta potius quam Latinus) ad eorum normam, data occasione, ita locutus fuisset. Sed si retineamus *purpurea coma*, eleganter erit ut construamus *tondens regna*, quod omne ferrum abrigida reperat. Certissimam igitur puto tuam correctionem Tu Amici tui notatisme, *Minoae figurae*, dubito: propter istud Lib. I. El. X.

*Teque peregrinis vendere muneribus:*

quod eodem (et elegantissimo quidem) modo dictum videtur, et, nisi fallor, casu sexto.

Salivam mihi movisti ex eo quod Amstelaedami mihi retulisti: esse scil. in Anthologia Graeca inedita Epigrammata aliquot (praeter Salmasianum istud,) quae Propertius in Elegias suas transtulerit. Si quid hujusmodi observaveris, oro te ut mihi notum feceris. Est, nisi fallor, in Anglia exemplar unum (ad minimum) hujus Anthologiae: scisne ubi, aut penes quem? si enim invenero, totam avidissime percurram.

Cogor in Angliam ante destinatum tempus reverti. Ratio valetudinis meae, quae, ut nunquam optima, ita nunc incertissima est, hoc postulat. Dolet sane, quod ante expectatum abreptus doctissimos viros Burmannum et Drakenborchium insalutatos relinquo: proxima tamen aestate, si nihil improvisum se objiciat, hoc facere destino. Interea, vale, Vir ornatissime, et me tibi obligatissimum ex animo potius quam ex verbis aestima.

*Dabam Hagae Comitum,*
VII. Kal. Septembr. MDCCXXXII.

Quantum vero me beas de codice illo Guelferbytano! modo ne sit Codex iste Groninganus, quem olim tam accurate contulit Cl. Broukhusius: quod te suspicatum esse mihi dixisti. Si quid mihi in Angliam destinaveris, ita inscribendae erunt tuae literae: *To Mr. Markland, at Mrs. Strode's House in Cavendish Square, London, Angleterre.*

*Clarissimo doctissimoque Viro J. P. D'Orvillio* (298)
*S. P. D. Jer. Marklandus.*

Pauci tantum dies elapsi sunt V. C. ex quo literas tuas Kal. Decemb. Amstelaedami datas, et simul schedas Propertianas, et exemplar Miscell. Critic. rure positus accepi: ob quas omnia grates quam maximas tibi ago; dolens literas tuas menses tres consumsisse in transeundo fretum istud quod nos distinet, parum horarum negotium: quippe vix ante Idus Martias venerunt in manus Amici mei, nisi tamen is admonere neglexerit me rusticantem, et ultra C. M. pass. a Londino distantem; nam e superiore fasciculo, quem memoras, ne verbo quidem inauditi; nec quo modo interciderit possum conjicere, aut ad indagandum illum, quo me vertam, scio. Forte tu mihi subvenire hac parte poteris, si in memoriam possis revocare cui illum mandaveris. Interim, nisi nimis molestus sum, rogo me certiorem facias de eo quod in isto fasciculo continebatur. Pars certe mihi erit saltem rescivisse quantum perdiderim.

Adnotationes tuas in Propertium, et eruditorum Vestrorum miscellanea summa cum voluptate perlegi; opus plenum optimo judicio et eruditione. Nescio quidem quibus observationes istas debeamus; nisi tamen me fallit conjectura, agnosco manum Cl. Burmanni in Latinis, et in Graecis P. Wesselingii. Quorumcumque sunt, dignas puto eo Nomine quod inter eruditos Vos Batavi ex renatis Literis semper tenuistis.

Ecce iterum grates ob specimen collationis Cod. Guelferbytani: quem non eundem esse cum Groning. video et gaudeo. A conjectura mea in Propertio *ulva* pro *unda*, recte et bono judicio dissentis. Abjectus *Tiberina unda*, est *juxta* undam Tiberinam, ut alibi lib. IV.

*Lucus erat foelix hederoso* consitus antro

est, *juxta* antrum. Locutio tamen mira videtur, quales multae Propertianae. Alia etiam hujus loci interpretatio esse potest, cujus in Notis meis mentionem faciam. Vale Vir eruditissime, et si quid tibi volupe efficere potero, credas velim non intra verba staturum esse meum demerendi tui studium et voluntatem.

*Dabam Non. April.* MDCCXXXII.

---

*Viro doctissimo J. P. D'Orville S. P. D. Jer. Marklandus.* (299)

Paucis abhinc diebus Literas tuas accepi, Vir Clarissime, et simul munus gratissimum, ut in scriptionis genere quod raro

admodum se mihi probat, *Vannum Criticam*. Et de judicio cto, atque eruditione (eximia ea quidem, nec protrita) per totum opus elucent, nihil dicam: neque enim ab hac xime parte Liber tuus mihi censetur: Virtutem et Humanit istam tuam amo, quarum propositum est depravatum Hon Animum corrigere, et simul patrocinari defunctis Heroibus, rum rogis insultaverat et ossa calcaverat Sacrilegus. Honest mae quidem caussae, et ingenuo atque erudito viro dignissi Tibi igitur non poenitendam clientelam devinxisti, omnes qui ras vel amant vel colunt: imo potius, omnes quibus humani aliquid superest. Contra enim hujusmodi grassatores quivis mo miles est. Nugas quidem ridemus: Malignitatem vero cimur. Simias ferimus, interdum et iis oblectamur: Vip fustibus et saxis, ab omnibus, et nunquam non, excipien ita censebunt omnes Ingenui et bene morati, nec metuent, dum ita censent, sibi obcrocitent centum pavones, vel tota g absona de corte Junonia.

Quod de rebus meis scire aves, amice facis. Scito itaq me frui otio, altissimo quidem, crebris tamen adversae vale dinis vicibus distincto. *Reverendi* Titulus, qua me infula de rasti, ad me non attinet: neque unquam, opinor, attinebit. S dium quidem nonnullum posueram in legendo Novi Foederis c textu. Hoc, aliter acceptum, ad Te, ab iis qui me norunt, non norunt, delatum reor. Conjecturae meae in Lysiam cum ditione D. Taylor, qui tibi, opinor, non ignotus est, prodibu

Multum quaesivi, nec, distractis cunctis exemplaribus, p sum adhuc comparare *Criticen*, poëma a Te, an a fratre t scriptum. Dicor inibi, indiciis satis claris, acriter exagitat et locutionibus parum civilibus exceptus. Haec, an ita se l beant, nescio: nec credam ante quam videro: et postquam dero, ut maxime ita se habeant, condonabo.

Non ita pridem audivi Cl. Oudendorpium vestrum para *Ἔκδοσιν* Apuleii. Si tibi cum illo amicitiae nsus intercedat, n tum illi facias rogo, penes me esse Varias Lectiones quasdam Lib. primum Metam. et partem secundi, et undecimum integru quas descripsi ex exemplari D. Richardsoni, nuper praefe Coll. Petrensis Cantabrigiae, qui eatenus cum Codice (quis is vel undo, non innuitur) contulerat. Habeo quoque aliqua in dita Casauboni in Apologiam, quae permissu D. Bentleii, exsc psi ex margine exemplaris quod Bibliothecae regiae donaveri vel legaverat, Casaubonus. Haec cum nonnullis conjecturis me hic illic sparsis, si tanti putet Cl. Vir. data occasione, lubent transmittam. Vale Vir Doctissime et scribe me tui gregis.

*Londini prid. Kal. Sept.* MDCCXXXVII.

*iro Clarissimo J. Ph. D'Orville S. D. Jer. Marklandus.*

Literas tuas XIII Junii datas Amstelaed. heri accepi, mihi ndem huc transmissas. Unde tam sero, inquis. Nescio qui-m, et moleste fero. Brevi subsequentur Chartae: quibus per-ctis, majores tibi gratias habiturus sum, quam maximas inte-m ageris propter benevolentiam erga me tuam, cujus recorda-o mihi jucundissima est.

Fasciculum quoque alterum, quem memoras, pridem acce-i, una cum literis tuis, et *Critice*, luculento poëmate fratris i doctissimi: cui, quod tam strenue patrocinatus es, pietatem t φιλαδελφίαν tuam amavi. Sed sane, quod ad me attinet, ige abest ut ullius defensoris indigeat Vir Clarissimus. Cum nim tam penitus animo infixum habeat Virgilii Aeneida esse erfectum opus, grates potius a me illi agendae fuerint quod m leniter egerit mecum, qui, uti scis, in alia omnia eo.

Miror unde ortum habuerit inanis iste rumor Lipsiensis de ppresso Cl. Taylori tui Lysia, qui Vertumnum jam spectat, ıra paucos dies in publicum proditurus. Conjecturae meae ipis absolutae fuerunt usque ab initio Januarii proxime elapsi. ed moram editioni injecit Dion. Halicarnassensis *Judicium de ysia*, quod Orationibus praemittitur. Exemplar, prima quae se obtulerit occasione, tibi, opinor, missurus est Cl. Editor, ua cum conjecturis meis, quas, peto, meo nomine accipias: et, si legis, oro te ut judicium subtile istud tuum paullisper ob-sius geras. Ni faxis, ἄμμες ἀπολόμεθα.

Dudum scis, opinor, sub prelo esse Max. Tyrium, ex curis cundis Cl. Davisii τοῦ μακαρίτου, impensis Virorum aliquot bilium et Illustrium qui societatem *promovendae Rei Litera-*(301) *ae* inierunt. Nescio an symbolam huic Editioni collaturus sim. sterrent me, praeter innumera menda in contextu, tot lacu-e quibus hiat Maximus, prout ex ipsa Argumentatione liquido pparet, et quibus animum advertisse non videtur Cl. Davisius priore editione. Nescio quid in hac praestiturus sit. No-stine unquam in legendo isto Auctore mirum exemplum incu-ae magni Dan. Heinsii (Dissert. XL. p. 417. ed. Davis.) in cujus ersione haec leguntur: „Primi mortalium, cum inventae non-dum essent naves—avem forte fortuna e caelo delapsam vide-runt, quae aquis innataret, aut aliquid e *navi* delapsum, quod in summis fluctibus *subsideret.*" Nonne hoc mirum est, ali-quid e *navi* delapsum, cum in eadem sententia *nondum inventae essent naves?* aeque mirum Heinsium non vidisse pro φόρτον legendum esse φορυτόν. vide Hesychium. Dolet quod elegans haec, sed vaga versio (vel paraphrasis potius) Heinsii in hac

stida Edit. servabitur. Mihi nequaquam placent hujusmodi Excursus magis quam Versiones, qui ingenium interpretis quidem demonstrant, sensum Auctoris incertum et obscurum, ne dicam *infectum* aliquando, immo saepissime, relinquunt. Non dubito quin idem censeas Tu.

Paratur quoque, uti me nuper certiorem fecerunt Cl. Taylorus et Tho. Bentleius, accurata et splendida Aeschyli editio, ex Codd. Mediceis, cum integro Is. Casauboni Commentario in Agamemnonem, hactenus inedito: et reliquis Stanleii ex Bibliotheca Regia Cantabrigiensi. Quis hanc provinciam susceptura sit, non adhuc scio; monui tamen ut ad te recurreretur, qui egregia, nisi fallerer, in hanc rem adminicula praestare posses, si velles quoque. Recepi etiam in me de hac re ad te scribere, si vir aliquis notae Eruditionis, tibi forte minus cognitus, huic operi praeficiatur.

Apposite ad hoc ultimum quod dixi de viro *notae eruditionis*, in mentem venit quoddam in quo Amicitia tua mihi forte usui esse possit. Res ita se habet: Scripsi nuper ad Gul. Smith Amstel. bibliopolam, penes me esse Lucianum edit. Graev. in cujus marginibus multas conjecturas per totum opus diversis temporibus adpinxeram: has, si volupe foret Cl. Hemsterhusio, me illi transmissurum, sicut erant, cum ipsis exemplaribus. Rescripsit D. Smith (quas literas eodem die quo has tuas accepi) cl. Hemst. ab incoepto dudum destitisse; successorem vero in pertexenda editione nactum esse virum imprimis eruditum et industrium. Se vero obnixe petere ut exemplaria sine mora mitte-
(302)rem. Longe diversa res est, inquam: neque enim Luciani *Editori* cuilibet, sed *Hemsterhusio* ista promiseram, cujus eruditio et ingenium mihi perspecta sunt. Neque adeo stultus sum ut putem Hemsterhusium auxilio cujuspiam indigere; sed interdum *κηπουρὸς ἀνὴρ*, ut scis: et ex diversis conjecturis ad Veritatem via sternitur. Quin et *ὑπομνήματα* nuda, sine Rationibus aut ullis explicationibus, saepe subjeceram: quae Ille facile intellexisset, et, si proba, explicasset: alius forte non ita. Neque haec nunc dico ideo quia suspecta mihi sint ingenium et eruditio successoris, sed quia ignota. Fieri potest ut ipso Hemsterhusio doctior sit: fieri potest ut ex eorum numero sit qui perdendis bonis Scriptoribus operam Bibliopolis locant: a quorum hominum notitia et commercio quam longissime fugeram. Quare, nisi iniquum videar postulare, (et sane, si ita mihi videretur, nequaquam postulassem) hoc a Te peto, ut si Vir praedictus, sit ex Amicis tuis, vel notis etc. me certiorem facias: sin, ut Literis quam primum commodo tuo possis ad me datis, de eo omnino sileas. Non possum mollius agere: neque

usquam Vir probus hanc cunctationem et *ἀσφάλειαν* jure mihi tio verterit. D. Smith non rescribam antequam tuas accepero.

En tibi conjecturam unam alteramve in Lucianum. P. 492. II. ed. Graev. initio fere Navig. *ἅπαντες γὰρ αὐτοῖς οἱ ἐλπίδες ἀναπλέκονται. ἔς τε πρὸς τὸ ἐφηβικὸν ἐν Παλλήνῃ. οἱ πρόγονοι ἡμῶν, οἷς ἐδόκει καλὸν* etc. Ita legitur et distinguitur; si quod Interpres tollit plenam *στιγμὴν* post *Παλλήνῃ*. Tu vero qui Historiam Graecam calles, nostine quinam sint hi *mares* Atheniensium in *Pallene*, seu *Pallenenses?* Leges, sat scio ecum,—*ἀναπλέκονται ἔς τε πρὸς τὸ ἐφηβικόν· ἔμπαλιν ἢ οἱ ὄγονοι ἡμῶν, οἷς ἐδόκει καλὸν εἶναι νομᾷν τοὺς γέροντας* etc. *ntra quam majores nostri* etc. Aegyptii, inquit, *pueri* nobiles mam religant, etiam ad puberem aetatem usque: contra, no-i *senes* hoc olim faciebant. Nota res ex Thucyd. lib. I. initio. *καλὸν ἢ οἱ πρόγονοι*, ut Hermot. p. 551. T. I. *ἔμπαλιν ἢ ὁ τῶν ναιδῶν πίθος.* et p. 570. *ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρύσιππος.* Vi- et p. 462. Versu praecedenti pro *Αἰγυπτίας* scribendum inor *Αἰγυπτίοις*.

Iterum Adv. Indoct. p. 389. *καί τοι τὸ τῶν μυσῶν τοῦτο, ὰ πάντων τὸ πρᾶγμα ἦν. εἶδον γὰρ καὶ τὴν τοῦ Πύῤῥου εἰκόνα, καὶ ὅμως ἐπέπειστο* etc. Loquitur de rege Pyrrho, cui perasserant adulatores, se vultu similem esse Alex. Magno. Sed nemonium sit oportet, qui aut Graeca aut Latina intellexerit. ego: *καί τοι τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, ὃς διὰ πασῶν, τὸ πρᾶγμα ἦν* (*εἶδον γὰρ καὶ τὴν τοῦ Πύῤῥου εἰκόνα*) *καὶ ὅμως* etc. qui, inquit, quam maxima discrepantia et dissimilitudo erat ter vultus Alexandri et Pyrrhi: (sciens dico, utpote qui utri- (303) que imagines viderim) et tamen etc. Sic T. I. p. 18. *ὥστε τὸ ουσικῶν τοῦτο, ὃς διὰ πασῶν, εἶναι τὴν ἁρμονίαν*, etc. et p. 30. *εὑρήσεις γὰρ τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, ὃς διὰ πασῶν, τὸ ρᾶγμα.* et p. 605. *καὶ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, ὃς διὰ πασῶν, ἐστὶ πρὸς ἄλληλα.* Omitto alios Auctores.

Rursus T. I. p. 639. *ἢ πολιορκίας σχῆμα* (l. *χρῆμα*) *δηλώσας, ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες ὄν, ἢ ἔτι πόλεων σχῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμένα.* Vox *Συρακουσίων* (vel *Συρακουσῶν*) redarguit rigidum istud et vagum *ἔτι πόλεων*, et monstrat proprium nomen loci delitescere. Non inspexi Thucydidem, qui mihi ad manus non fuit ex quo in conjecturam sequentem inciderim: sed quovis pignore ausim contendere Lucianum scripsisse *Ἐπιπολῶν σχῆμα*, et allusisse ad Thucydideam istius loci descriptionem. Supra quoque p. 629. meminit *τοῦ ἐν ταῖς Ἐπιπολαις παρατειχίσματος.* Conjeceram quoque *χρῆμα* pro *σχῆμα*: sed occuparverat ex MS. Graevius.

Crede mihi, vir doctissime, nec dubito quin tu probe cognitum habeas, Lucianum adhuc esse corruptissimum, etiam post

Magnum Graevium. Et tamen memini me olim audivisse Bentleium dicentem, Graevium maximam partem mendorum e matulavisse. Ego persuasum habeo ne quartam partem tibi stulisse; quo magis doleo elapsum esse ex manibus Doctissimi Hemsterhusii.

Post tot seria, en rem tibi ridiculam! Apographum epistolae cujusdam quam anno proximo elapso ad Te scripseram, forte praeter morem meum servaveram. Nuper in eam conjectis oculis occurrebat importunum illud et *κακόζηλον* τοῦτ' ἐστι grex Bidębam: quid enim aliud facerem? Peto igitur, ut, nisi dudum Veneris marito eam epistolam donaveris, ocyus inspicias et, si Pavones meos Femininos illic inveneris, arrepto culeo, sexum mutes et miselles hos *θλαδίας* in integrum virilitatem postliminio restituas; ne ego, qui *totum* gregem meo ictu emasculavi, ipse ad verveces ableger.

In hac urbe me hiematurum arbitror. Si locum mutavero, reddam te certiorem. Interea literas tuas sic inscribas, *To Mr. Markland, at Mr. Gater's, an Apothecary in Winchester, Hampshire.* Vale, Vir Clarissime, et simplicitatem hujus epistolae si non amas, ignoscas saltem longitudini.

*Wintonae, Nov.* XXIV. MDCCXXXVIII.

Necdum finitus Orestes. Quaero a te, quem puto Graecae linguae esse peritissimum, an unquam observaveris Infinitivum Aorist. 1. usurpatum pro Infinitivo Futuri. Ex. gr. *Dico me hoc*
(304) *factumm esse*, an Graece verti possit, *λέγω ἐμὲ τοῦτο ποιῆσαι*, pro *ποιήσειν*, vel *ἂν ποιεῖν*, vel *ἂν ποιῆσαι*. a) Nonnulla exempla video in Lysia, et protuli aliquot ex aliis scriptoribus, et Joan. XXI. 25. Sed ex circumstantiis, aut Graecae linguae linguae genio, omnia ista suspicor vel mutari debere in *ειν*, vel *εσθαι* (si Media sint:) vel deesse *ἂν* ante Infin. Aoristi primi. Si quid in hanc rem unquam notaveris, peto certiorem me facias. Iterum vale.

a) Obs. Miscell. Vol. IV. T. II. p. 286. *Dorville.*

# INDEX

## AUCTORUM VETERUM

### EMENDATORUM VEL EXPLICATORUM

NECNON

## [ARUM RERUM MEMORABILIUM

IN

## NOTIS AD SUPPLICES etc. etc.*)


icum producitur p. 131.
in accusativis Atticis saeroducta, nonnunquam taorrepta v. 57.
ην saepe invenitur v. 364.
ἀδρὸν permutantur v. 860.
v. 1164. p. 97.
τόλεως *duces* v. 631. n.
περὶ v. 1211.
νοις *ob res injuste factas*

αἰπὺ, Attice v. 82. n.
is Agam. 823. v. 525.
h. 773. v. 647. n. Sept. c.
492. v. 872. 673. v. 958. ἐπὶ
Σ v. 1221. Suppl. 373. v.
r. apud Athen. p. 187.
ed. nov. cum comment.
Casauboni in Agam. etc.

ἰδὼν v. 208.

αἶσα quid v. 625.
ἀΐδωσα trisyllabum v. 962.
ἀκάματος, ἀθάνατος etc. quare primam producant p. 164.
ἄλγος et Ἄργος permutantur v. 757.
Alexis Athenaei bis em. v. 564. n. Pollucis X. 17. v. 94. n.
ἀμφὶ sine substantivo vel casu v. 106.
Amphimacer in iambico versu locum non habet v. 838.
ἀμφότερα *tria* p. 290.
ἂν et αὖ commutantur v. 854.
ἀναβλέπειν τινι an Graece dicatur? v. 521.
ἀναίρειν, ἐπαίρειν χεῖρας v. 772.
Ἀνακόλουθον v. 1190.
ἀνάκτορον templum Cereris Eleusiniae v. 88.
Anapaestus pari sede v. 441. tertio loco v. 478. quarto v. 261. post


ae in hoc indice, ab Gaisfordo confecto, ex paginis 231—304. untur, spectant numeros paginarum Gaisfordi, quos in mafbus Lipsiensis apposuimus.]

dactylum p. 166. 167. post tribrachyn ibid.
Anachronismus Euripidis v. 647.
ἀνδροκμῆτας v. 525.
ἀνὴρ βασιλεύς v. 445.
ἀνορθοῦν *lapsum erigere* v. 1228.
Anthologia III. 6. p. 211. em. v. 969.
——— Reiskii p. 101. not. v. 1211.
ἄντι abundat v. 419.
Antiphanes Athen. XI. p. 471. C. v. 245. n.
ἀντιτίεσθαι v. 1145.
Antoninus Imp. VI. 43. em. v. 260.
ἀνύτειν subaud. ὁδὸν v. 1142.
Aoristi primi frequens significatio v. 614. pro plusqu. perf. p. 288. — aor. 1. inf. pro infin. futuri p. 305.
ἀπειθεῖν *non obedire* v. 589.
ἀποδανλίζειν vox ignota v. 717.
ἀπονανλίζειν v. 717.
ἀπορθοῦν *praevenire ne labatur* v. 1228.
Aposiopesis p. 291.
Apostolorum Acta v. 9. v. 90. ix. 55. p. 288. xiii. 48. p. 286. xxiii. 9. p. 289.
ἀποφαίνομαι voce media nunquam utitur Euripides v. 335.
Ἀπόλλων cum duplici π an nunquam scribatur p. 175.
Appulei MS. p. 299. 300.
ἀρόω primam producit, secundam corripit v. 813. n.
ἄρα interdum primam producit v. 496.
Argivos non amabat Euripides v. 127.
ἀριθμητὸς *parvus* v. 969.
Aristides Panath. p. 170. em. v. 737.
Aristophanes Acharn. 162. v. 376. 400. v. 639. Av. 1012. p. 166. Eccles. 169. v. 1181. 570. v. 547. 624. p. 188. 671. v. 952. Lysist. 530. v. 454. 1056. v. 364. Nub. 647. v. 94. interpres notat. v. 1225. Pac. 245. p. 166. 1176. v. 1181. Ran. 964. v. 109. Thesm. 96. v. 564. 1217. v. 292. 720. p. 166. Vesp. 22. v. 109. 291. p. 188. 1223. v. 932.
Articulus v. Attici.
Articulus restitutus v. 1181.
Articulus nominibus propriis praefixus v. 702. ratissime in dativo sing. ibid. a Comicis nonnunquam omissus ante nomina appellativa. ibid.
Articulus praepositivus pro subjunctivo v. 858. vide Koën. ad Gregor. p. 111.
Articulus loco pronominis p. 261. pronomini subjunctus, irrisioni inserviens v. 110. saepe desideratur in N. T. ibid. in N. T. maxime saepe ad sensum momenti v. 940.
ἅσεις et ἥσει v. 952.
ἀσθενεστέροις *pauperioribus* v. 435.
ἄσσα pro ὅσσα v. 594. n.
ἀστῶν et αὐτῶν permutantur v. 555. [Athenaeus p. 165.]
ἀτίζειν, ἀτιμάζειν permutantur v. 19.
*Atque, statim, continuo* p. 274. 277. 281. 284.
Atticae — multae locutiones sic falso dictae v. 295.
Attici in *accusativo solo* nonnunquam ponunt articulum πλεονάζοντα v. 306. in duali et plurali saepe revertuntur ad communem formam v. 898.
αὖ *iterum* v. 626.
Augmentum non abjiciunt Attici v. 728. et n.
αὐθέντης *interfector, auctor* v. 442.
αὐθεντία *auctoritas* v. 442.
αὔξειν πατρίδα, πόλιν v. 525.
Aurium apud veteres acre judicium p. 85.
ἀχρεῖον *perniciosum* v. 299.

*B.*

Bacchius in quinto iambi pede vix invenitur v. 466.
βάμμα χεζικηνικὸν v. 1181.
βεβὼς *existens* v. 849.
βέλτερος usurpant Homerus, Hesiodus, et Aeschylus p. 187.
βελτίων non usurpat Aeschylus p. 187.
Bentleius refutatus v. 1088.
βλήμασ' ἐν κύβοις βαλεῖν v. 530.
Boyleus in dissert. Phalaridea laudatus v. 350.
βραδίων non usurpant Attici p. 188.
βραχίων *vires* v. 478.

ν comp. a βραχὺς non ex-
ν. 478.
us in vocum quantitatibus
: lapsus v. 64.
ius alienas conjecturas pro
idoptat v. 544. n.
is laudatus p. 186.

Γ.

s vitandi causa saepe adhi-
v. 109.
quor v. 1150. n.
dit rationem sententiae non
ssae v. 8. 288. pro δὲ poni-
8.
s et πειθῆσθαι permutantur
.
us causam denotans v. 838.
media correpta v. 42.
semel in Tragicis reperi-
188.
p. 266.
et γνάμψ permutantur v.
...
s βλέπειν, ἀναβλέπειν v. 521.
v. 285. n.
ticus Bodleianus MS. v.
G. Sangermanensis ibid.
ns laudatus v. 280. p. 262.

Δ.

permutantur v. 740.
Σ confunduntur v. 834.
malo sensu semper in
p. 289.
nus Athenaei cit. p. 167.
s v. 1069. p. 166. 170. 186.
s v. 713.
accus. et gen. v. 789. n.
merus v. 219.
nenes Philipp. I. p. 36. no-
747.
inabantur veteres cum iis
mabant colloqui v. 958.
videre cum attentione v. 179.
l v. 786. n.
ἄλλος v. 872.
et v. 477. 521.
olim v. 1097.
acc. pl. a recto δημότης
eo ultimam corripit v. 677.
ompos. p. 287.
τοῆς εἶναι loqui v. 112.
διδόναι dare velle v. 740.
δικάζειν φόνον v. 154.
δίκαιος insons v. 222. δίκαιός εἰμι
debeo v. 187.
δίκη jus sepulturae v. 530.
δίκης φάος v. 564.
Dio Cassius em. v. 495. n.
Dionysius Geogr. 615. em. v. 156.
διορθοῦν ad normam veritatis exi-
gere v. 417. n.
Diphthongorum elisio v. 766. 786.
διώλεσαν restituend. v. ἀπώλεσαν
v. 495. n.
δοκῆσαν absolute v. 129.
Dorica dialectus v. 55. 420. 781. 888.
Dorvillius reprehensus v. 109.
δρᾶν θεοὺς ὅσιόν τι sacrificium fa-
cere v. 59.
δύναιμ' ἄν locutio parum Graeca
v. 136.
δωρουμένων dare volentium v. 875.

E.

E brevis esse nequit ante ST etiam
in fine vocis v. 87.
ἔγγος exercitus not. Musgr. v. 22.
Efficax, gnavus, impiger p. 266.
εἶδον intelligo v. 844.
εἶναι ἄν pro ἔσεσθαι v. 1044.
εἶναι ἐν φάει v. 200.
εἰς in ordine ad v. 62.
εἰς post verba motus subintelligi-
tur v. 74.
εἰς πολλοὺς, ἐπὶ πολλοὺς v. 1066.
εἰσαῦτις postea v. 413.
εἶχον ἄν ἡσυχος tacuissem v. 505.
ἐκ τοῦ quare v. 151.
ἐκ τῶν πραγμάτων e re nata v. 747.
ἐκδικάζειν, ἐκδικεῖν v. 1215.
ἐκτείνειν, ἐντείνειν v. 745. ἐκτεί-
νειν λιτὰς τοῦ γενείου v. 1205.
ἐκχέω aor. 1. subjunct. v. 772. n.
ἐλίσσετ' Ἄρτεμιν v. 1205.
Ellipsis vv. εὔχομαι, ὅστε etc. v. 2.
ἐμέθεν nunquam in Iambis p. 261.
ἐμπεδορκεῖν v. 1194.
ἐνισπεῖν, εἰπεῖν cum duplici accu-
sativo v. 456.
ἐξαίρειν v. 581.
ἐξοιεθήσεται vox rara v. 561.
ἔπαινος elogium v. 858.
ἐπαίρειν v. 581.
ἐπειδὰν nunquam cum indicativo
v. 1112.

Epigoni v. 1224.
ἐπεσθαι sequente accusativo v. 738.
Epicrates Athenaei VI. p. 262. em. p. 188.
ἐπολοιτο, ἐπωφέλουν v. 1192.
ἑρπύστορες πόλεως v. 401.
ἑρπυστὴς πολέων honesta locutio v. 1238. et n.
ἔργα opera rustica v. 420.
Ἐρεχθεὶδης λεώς v. 388.
ἔσοπτρον εἶδος v. 1155.
Ericius, ἐχῖνος p. 281.
ἑρῶδα nunquam pro ἔρῳ p. 261.
ἔσπεσθαι πόλεμον i. e. in armis v. 525.
ἔστιν pro ἔξεστιν licet v. 456.
ἑστῶσ' Ἔλλος an nunquam dicatur v. 572.
ἑσῶ notatur p. 492.
εὖ λέγειν perite dicere v. 299.
εὐανγὴς, εὐαγὴς v. 652.
εὐθυντὴς rector v. 442.
Eupolis Moeridis em. p. 166.
Euripides sub diversis personis mores δημαγωγῶν sui temporis exprimit v. 415.
Euripides ad sui temporis περιστάσεις saepe respicit v. 521. Servos magni momenti personas inducit v. 659. a Comicis derisus v. 901. ab Homero dissentit v. 898. accusatus, defensus v. 248. 340.
Euripidis Androm. 196. em. v. 109. Baech. 814. em. v. 109. ibid. 1148. defens. v. 1115. n. ibid. 1288. em. v. 1181. ibid. 1507. expl. v. 521. Electr. 246. expl. v. 151. ibid. 497. ex em. Scal. v. 110. ibid. 856. em. v. 521. Hecub. 491. em. v. 586. ibid. 1120. v. 905. Helen. 568. restitut. v. 189. Heracl. 805. corruptus locus v. 525. n. ibid. 227. em. v. 259. Herc. Fur. 1350. restit. v. 189. Hippol. v. 1001. em. v. 867. Ion. 1465. expl. v. 521. Iph. A. p. 261. 262. Iph. T. 499. illustr. p. 265. Cycl. 229. 266. e MS. v. 456. ibid. 597. v. 94. ibid. 232. em. v. 57. Med. 61. em. v. 456. Orest. 904. em. v. 555. ibid. 917. em. v. 1142. ibid. 1256. notat. v. 1012. Phoen. em. v. 692. ibid. 963. notat. v. 898. Suppl. p. 260. Troad. 59. em. v. 109. apud Clement. Alex. IV. p. 691. em. p. 189.
Euripidis ed. Brubach. v. 265.
εὐσεβεῖν v. 559.
εὐτρεπὴς et εὐκρεπὴς permutantur v. 592.
εὔχομαι reticetur v. 2.
ἔφυς es v. 292.
ἔχοντες incolentes v. 2.
ἑως monosyllabice v. 901.

F.

Fabularum quarundam interpretatio v. 925.
Formula praeconis ad concionandum citantis v. 438.

Z.

ζυγὲς ὁρμίσαι, κλοπῇ, διαφάσεις, εἰς εὐνὰν v. 220.

H.

ἦ prima persona, Attice, v. 484.
*Haec* Cicero utitur pro *imperio Romano* v. 1284.
Hardion laudatus v. 521. n.
Heraldus laudatus v. 469.
